schola, quae academia dicta est, discipulos docuit, ita per
innumerabilia retro saecula multo prolixis quidem
intervallis, sed tn certis; et idē Plato, et eadē civitas,
eademq schola, iidemq discipuli repetiti et per innumera-
bilia deinde saecula repetendi sint — Haec Augus
ex quibus aperte constat dictos Phos earundē rerū reproductionem
admittere lege coi, et ordinaria; siquidē oia successive
repetenda existimabant post completū annū magnū, qui

tunc complebit^ sin' eos, et q^{do} nona sabora cursu fuerit peractus; erit autem peractus quadraginta annorum (ex nostris) millibus si Regis Alfonsi tabulis credendum est, L. triginta sex millibus, si Platonicis sit adhibenda fides.

Ad hanc fabellam retorquere possset impius verba Ecclesiastae. c. 1. Generatio praeterit, generatio advenit, terra autem in aeternum stat, orit sol, et occidit, et ad locum suum revertit, ibique renascens, gyrat per meridiem, et flectit ad aquilonem lustrans universa; in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertit, etc^a. ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant] et post pauca, quid est, quod fuit? ipsum, quod futurum est; quid est, quod factum est? ipsum quod faciendum est. nihil sub sole novum, nec valet quisquam dicere ecce hoc recens est; iam enim praecessit in saeculis, quae fuerunt ante nos etc^a. —

Quod si haec aliis rerum omnium reproductio a nobis non admittitur naliter: sit tamen admittenda sit aliqua: nam de avicula, quae ob singularitatem Phoenix nuncupatur, haec scribit S. Cyrillus Hierosoly. catech. 18. fol. mihi 163. Cum sit una tantum avis, et sola in terram Aegypti in spatio quingentorum annorum venire solet, atque demonstrare resurrectionem; non in locis desertis, ne mysterium id ignoretur, sed in aperta civitate consistit, ut contrectetur, quod non creditur, septum enim sibi facit e thure, et myrrha, caeterisque aromatibus, et complens annis eo devenit, morit aperte, et putrescit, deinde ex putrefacta carne mortua vermis quidam generatur, et hic dimcep in avem deinde efformat—

Et post pauca. Phoenix sane putrefactis excrescens in avem talis evolat in aere, qualis et mortuus erat, apertissime mortuorum resurrectionem hominibus demonstrat — Haec Cyrillus, quo prius eadem docuerat S. Clemens; sed omittenda non sunt, quae Cyrillus idem ante verba relata protulerat. Muscae, inquit, et apes aqua suffocatae, saepe post tempus anni resurgunt. —

Eamdem Intentum idem attestatur, quod de Pelicanis refert Augustinus tomo. 8. in illud psalmi 101. Similis factus sum Pelicano. Dicunt, inquit, hae aves tanquam colaphis rostrorum occidere parvulos filios suos, eosdemque in nido occisos a se lugere per triduum, postremo dicunt matrem se ipsam graviter vulnerare et sanguinem suum in filios fundere, quo illi superfusi reviviscunt. — Horum omnium sic sit; seq. naliter contingit reproductio, et resurrectio.

Omnes Catholici plane fatentur nullum esse non reproductum [illegible] viribus naturae naliter operantibus. cur hoc, si benè possunt? quod Deus denegat concursum; sibique voluit reservare portenta, et prodigia (quorum multa talia non essent, si aliter decrevisset) ad [illegible] alios consequendos, et quia ut ait Hurt. noluit eandem individui iteratâ existentiâ redire varietatis gratiâ, et pulcritudinis universi; quare statuit legem, efficacemque decretum non concurrendi cum causis 2is ad esse semel corruptum reproducendum, quod colliges ex Sanctis Patribus clarissime testantibus resurrectionem et reparationem esse opus divinum, ad quod, ut minimum, requiritur dispensatio in communi lege. Pasi S. Cyrillus loco citato dixit mortuum Elissei corpus vitam praebuisse defuncto, ut non solum animas Sanctorum honoremus, credaturque, quod etiam in corporibus mortuorum inest virtus, seu

poa = Intelligi debet de poa morali relicta ex meritis, et sanctitate Justorum, quatenus ad eorum praesentiam Deus physice producit, aut reproducit, neque enim corpus Elisei physicam virtutem habebat, ut se solo defunctum suscitaret, sed erat causa impetratoria propter Elisei merita, et sanctitatem.

Neque ad Platonicum somnium respondere licet; satis impugnat a S. Aug. loco superius citato, ubi etiam explicat locum Ecclesiastae. de aliis rerum generibus, Aug. verba sunt, quae oriunt, atque occidunt. fuerunt enim hoc ante nos, sunt et nobiscum, et erunt post nos, ita quoque animantia, et arbusta. monstra quoque ipsa, quae inusitata nascunt, quis inter se diversa sint, et quaedam eorum semel facta narrent, tamen sim. id, quod generaliter monstra sunt, et utique fuerunt, et erunt — Non itaque de reditu earundem rerum numero, sed specie, aut genere intelligi debet Ecclesiastes, quis aliud minus bene sentiat Origenes lib. 3. Periarchôn c. 5. Ad illud, quod refert S. Cyrillus dixeris eas reproduct. non esse earundem rerum numero, sed specie; nam cadavera, et cineres paulatim dispositionem similem corruptae recipiunt, et cum ad ultima perveniunt, ex illis suscitant similia animalcula corruptis. Et de ave illa, quae tanquam rarum miraculum celebrari solet, docet clariss. Lactantius non eadem, sed numero diversam post ustionem excitari. nec desunt, qui rem sane dubiam efficiant, et historiam existiment non veram neque obest, quod in exemplum resurrectionis adducant, quia etiam adduci solent a Christo Dno in eiusdem testimonium arbores, quae hyeme videntur mortuae, et aestate suscitant. cum tamen arbores

neqꝫ vere moriant^r neqꝫ ea [?] n^t post mortē reparent

Ad Pelicani narrat^e dicē ee dubiā, et talē hēt a S^to Aug^o, qui postquā historiā retulerat, subiunxit ubi s. fortasse hoc verū, fortasse falsū, et prius fidē relinquo apud Authores narrantes: sed q^a S. Hieronymus ep. 49 ad Presidiū, (etsi aliqui hanc negent ee S^ti Doctoris) vera ee supponit suistā historiā ad reproduct^e pertinentē (neq̄ minꝰ refert distinctē, ait. n. Pelicanū n^t occidere pullos, sed a serpente occisos, sanguine excusso ad vitā revocare) dic n^d eandē avē n^o, sed spē reviviscere, si ita e^t, q^d reviviscit. et hæc de reproduct^e sufficiant, iā. n. vocamur ad alia.

Q^o. 16.

De cā intens^e pductiva, et illius sphæra.

Sect. 1.

An creatū agens in distans agere possit, nihil ag^do in mediū?

Convenit inter disputantes nullū agens nale corporeū (n^d. n. hîc de Angelis disputamus) posse in distans extra sphærā suæ virtutis cstitutū immte agere n^d agendo in mediū, atqꝫ ideo ad hoc punctū sū^a difficultas volvit, an q^do passū e^t intra activitatis sphærā cstitutū possit agens

nale in gradu remotam, seu ultimam, quin non agendo in medium. v.g. habet ignis quatuor ulnas distantiae, ad quam agere possit; poteritne calorem transmittere in 4am ulnam, nihilo producto in 3a ulna? negat communis sententia cum Aristotele 7. phys. c. 2. et 1. de generatione c. 6. et 7. S. Tho. 1. p. q. 8. a. 1. Alberto Magno 7. phys. tr. 1. c. 4. Capreol. in 1o d. 37. q. unica. Ruv. 1. phys. c. 6. q. 1. Suar. disp. 18 met. s. 8. n.o 14. Coron. 1. de gener. q. 10. a. 6. et multis aliis; quibus contrarium sentiant Gabriel in d. 36. q. 1. a. 3. et ibidem Lichetus. Ocham. Vasol. Mair. Avicena Libro de anima s. 4. c. 4. Priscianus Lydius apud Theophilum lib. 2. de anima t. 36. et Alexander. 1. met. comento. 16.

Ro. probatur communis sententia est, quia si inter corpus luminosum, et subjectum diaphanum constitutum intra sphaeram virtutis productivae poneretur corpus opacum, nequaquam luminosum lucem produceret in diaphanum: sed hoc non aliunde provenit, nisi ex eo quod agens nequeat in remotum agere, seu distans, nisi in proximum agat, seu in medium; ergo. maior est evidentis experientiae. minor ostenditur, quia si ut agat in distans, non requiritur, quod transeat spatio per medium, perinde se habet medium opacum, atque si opacum non esset ad impediendum, siquidem non est per illud operatio, aut illuminatio mittenda. quod opacum impedit operationem luminosi in diaphanum, quia prius in medio produci debet, quam in distanti, et cum opacum impediat productionem in medio, etiam impedit productionem in

distanti.

Solet hoc confirmari ex nimia naturae sollicitudine, qua gravia sursum levat ad vacuum impediendum, cuius rationem assignat Philosophus 1. meteororum his verbis. Necesse est illum [inferiorem mundum] summi caeli conversionibus quammodo [Suarez vertit per media elementa] proximum esse, ut omnis eius facultas inde constituatur, atque regatur — Itaque quia inferiora a superiorum influentijs dependentiam habent, et quia per vacuum transmitti nequeunt ab astris influentiae, et qualitates, ne his priventur, sursum corpora ascendunt, ut vacuum impediant, nam aliter propria utilitate carerent. at si agens naturale agere posset in distans non agendo in medio frustra esset de impediendo vacuo natura sollicita, siquidem possent in corpora inferiora superiora influere, quin transiret influentia per vacuum, neque in hoc medio aliquid ab agente produceret.

Imo potius deberet totam sollicitudinem, quam exercet in vacuo vitando convertere ad illud causandum, quia hac ratione melius frueretur caelestium corporum influentijs; tum quia corpora intermedia potius essent impedimenta, et medium vacuum minus resisteret; tum praeterea quia non producta operatione in vacuo intermedio, vires manerent integrae, et absque fatigatione, atque ideo omnes illas impenderent in corpora inferiora posito vacuo, in quo nullo exercet operatione.

Hoc confirmatur ex eo, quod iam agentia non haberent sphaeram

detrahe extens, et in quatumcumque maxima producere possent suos effus, si non indigeant producere in medio; si n. operatio non est per mediu transmittenda, et sim locu contiguanda, perinde est, qd inter agens, et passu sit ulna interruptionis, atque leuca, l. e contra, nihil n. virtutis absumit in medio; ergo ad quamcumque distantiam agere posset, et ta potens est ad leuca, qua ad ulna interruptionis, si semel non requir, qd agat in mediu. Accedit, qd intellectus ex eo potest intelligere obtu ad quamcumque distantia, qa non indiget operatione in medio, atque ideo ita bene percipit obtu (caeteris paribus) distantissimu, atque valde proximu; ergo siliter quodvis agens posset ad quacumque distantiam producere, si non deberet agere in medio.

Ops ista rones, et experientia ad hoc unicu reducunt fundamentu, qd agentia corporea (dixi iam me omittere spiritualia) indigent approximatione ad passu: ad qua requir physicu contactu inter utrumque saltem sim aliqd, eo pacto, quo inferius explico. plures nihilominus pugnare vident experientia contra dicta e quibus aliquaru meminit Suarez citatus, du sententiam mihi, et ibi contraria referebat. 1a de imaginatione, quae causat alterationes in partes corporis a se distantes, non causata simili in partes medias. 2a de fascinatione oculoru, aliquae n. foeminae oculoru iactu pueros distantes fascinare solent, ut testis est, praeter experientiam Ares in suis problematibus s. 20 problem. 34. 3a de torpedine pisce, qui piscatoru manus, quas non attingit, a longe stupefacit, ut affirmat Ares lib. 9. historiae, c.

37. et Plin. Lib. 32. c. 2. qui Lib. 24. c. 17. quamdã herbã memorat, quã aproxis nuncupat, talis naẽ, ut e longinquo ignẽ accipiat. 4ª de magnete ferrũ longe distans alteratẽ afficiente, et mediante illa ad se trahente, nihilo pducto in medio; siquidẽ nihil mediũ præter ferrũ distans ad se trahit. 5ª de electro paleas distantes ad se avocante. 6ª de igne aquã in lebete receptã nimis calefaciente, fundo lebetis inter ignẽ, et aquã intercepto, persistante frigido, cui experiã similis ẽ, quæ stingit in lucerna impositũ oleum papyraceo vase summe calefaciente, papyro existente frigida. 7ª de sole aurũ, et de luna argentũ in terræ visceribus gignentibus, nõ pducto auro, l. argento in aëre intercepto. 8ª deniqȝ de reflexione, per quã agens solet intensiorẽ qualitatẽ in remoto, quã in medio pducere; quare aget illud augmentũ in distans nõ agendo simile in medium.

Non multum urgent huiusmi experiã, unico ictu fere oẽs pterni possũt. Ad 1ª imaginativa nõ cãt physico influxu alteratẽ in pte corporis distante, sed per quamdã sympathiã movet pþq, et appetitũ ad illã efficiendã, atqȝ ideo ẽ mera editio. Ad 2ª, 3ª, 4ª, 5ª dic nõ pduci ab illis cis qualitates in rebus distantibus dumtaxat, sed et in medio, quis nõ causent similes effũs in medio pþter incapacitatẽ. sic ẽ foeminarũ oculis nociva qualitates derivant pþ totã distã interceptã, usqȝ dum ad pueros perveniunt; similiter ẽ

basilisco, torpedine, et magnete; imo si magnes allij, cum quo oblinatur succo, ferrum non attrahet, quia succus ille est medium impediens emissionem qualitatis ferri attractivae; ergo quando attrahit, non solum intra ferrum, sed in corpore etiam mediante magnes agit, quando corpus medium incapax sit, ut ab ea qualitate trahatur.

Ad 6um dic cum Arist. sect. 24 problematum. q. 5. et. 8. fundum lebetis, antequam aqua ferveat, minimè esse calidum; post vero, quando aqua fervet, tepidum, non frigidum; atque ideo falsò refert dicta experientia; licet non maiorem calorem ignis in aqua produceret, minorem saltem produceret in medio, hic autem non quaerimus, an in medio tantum produci debeat, quantum in distante, sed an in remoto aliquid produci possit, nihilo producto in medio: sed unde proveniat, quod lebetis fundum, idem est de experientia lucernae, et olei in principio calefactionis, quando aqua incipit calefieri, calidissimum sit, postea tepidum, quando aqua ferventissima, cum potius deberet habere opposito modo.

Duplex assignari potest experientia ratio: prior, quia initio calefactionis totus calor compilatur in fundo lebetis, eo quod partes aqua frigiditate densatae locum non dent, ut sursum ascendant calidissimae exhalationes, lebetis fundum ignientes, inclusae in poris, quae dum aqua calefacta, et fervida locum egressui exhibet, fundum lebetis deserunt (et ex hac parte relinquunt minus calidum), et dum sua levitate sursum levant, partes aquae per partes, quas in via stringunt, amplius calefaciunt: unde fit, ut sua migratione lebetis fundum relinquant minus calidum, et aquam reddant calidiorem.

2ª Cª ꝑᵗᵉˢ calidæ leviores ss, quã frigidæ, et cum initio calefactionis n̄ haberent calidæ, qua sursũ ascenderent impedientib. frigidis egressũ sua crassitie, et densitate, fundũ lebetis totũ suũ calorẽ absq. diminutione retinebat; at postquã calidæ egredi incipiunt, et sursũ ascendunt, succedunt frigidiores, quæ sua frigiditate calorẽ lebetis minuunt unde lebetis fundũ tepidũ relinquit, aqua fervescente, qd intensissime calidũ erat aqua frigescente. Ex his magis mihi pr 1ª, q. 2ª n̄ difficile potẽ calumniari.

Ad 7ª, et 18ª n̄ ꝑrigd cã n̄ agat in medio, sed ad summũ, qd n̄ agat effũ eiusdẽ rõis, s. in tanta intens sol. n. et luna influentias suas, et qualitates iaculant per mediũ usq. ad mineralia, ubi argentũ pducit, et aurũ, quis n̄ desint etiã qui asserent neq. Solẽ aurũ, nec lunã argentũ immẽte pducere, sed mediante sua influentia. ignis etiã q. per accens pducit fortius in remotũ, quã in pximũ, vere pducit in mediũ, quod n̄ tantũ, qdqd tãdẽ de hoc sit, infra discutiet, an sufficiat pducere effũ diversæ rõis, aut intensionis in medio, ut deinde agat in distans. sufficiat mihi in remotũ, aut distans n̄ posse agens agere, nisi aliqd pducat in medio.

Sect. 2

Qua approximatio, aut tactus requirat ad operatᵉ inter agens, et passũ.

Dico 1°. Inter agens adæquatum, et passum adæquatum requiritur immediatus, et physicus tactus saltem secundum aliquid utriusque. Probatur manifeste ex præcedenti doctrina; si enim non requireret immediatum contactum physicum saltem secundum aliquid, operari posset agens in rem a se distantem, non agendo in medium, cuius oppositum probavi sectione præcedente. Probatur, quia si potest operari absque contactu physico operari posset in rem sibi non immediatam (nam si immediata esset, se physice tangerent per immediatum consecutionem) quia produceret in medium, sed non si hoc dixeris, concedis intentum, quia illud, idem agens tanget immediate passum secundum aliquid, nimirum secundum illud, quod producit in medio; et hoc ostendo in mea assertione; pro qua sine dubio sunt doctores omnes pro doctrina superiori citati.

Dico 2°. Non requiritur immediatus contactus physicus secundum omnes partes adæquati agentis, et passi. Probatur admodum communis hæc conclusio, et Patri Ruvio videtur certa loco citato sectione præcedenti, numero 6. illam prius explico, et deinde probo. Applicatur ad lignum duorum palmorum ignis aliorum duorum, se tangentes suis superficiebus, non autem secundum omnes partes profundas, nam cum in diversis locis sint, nec penetrari possint, opus est, alias partes ignis magis, ac magis a ligno distent, quam alias; cum ergo omnes partes illius ignis immediate agant in lignum, non opus erit immediato contactu physico agentis adæquati secundum omnes partes, sed satis erit, si secundum aliquid sui tangat.

Quod autem agat in passum non solum superficies agentis, quæ illud immediate tangit, sed etiam qualibet pars remotior, quæ

n̄ immte tangit, aperte d̄monstrat experiā, et ꝙ ait P. Suviꝰ ēē ridiculū: si n. ad ignē duorū pal morū applicet manū in distā A, calorē ꝯcipient: si vº ab illo igne medietatē auferas, et manū relinquas in eadē distā, minorē calorē sentiet, quā antea, et minorē adhuc, si medietatē medietatis relictæ auferas, quantumvis semper maneat pars ꝓximior ~~sm aliquid~~ ~~eāꝫ perseveret ablatis partibus remotioribus~~ manui, ꝗ ꝑtes remotiores etiā ꝯcurrunt ꝑfice ad ꝓducendū calorē in manu ꝑt eā, ꝗ si n̄ ꝯcurrerent, sd sola superficies, l. pars ꝓximior sm aliqd, cū perseveret ꝑficies, et pars ꝓximior sm aliqd amotis ꝑtibus remotioribus tantumdē caloris ꝓduceret, ꝗd ꝯvincit ēē falsū experiā.

Deinde si fornax hēat ingentē ignē linea recta portā respicientē, porta reserata, oēs vehementer calefierent, qui xā fornacē linea recta positi reperiunt, ita ut vix tantū possint calorē sustinere; si vº fornax iterū occludat, adeo missū calorē patiant, ut vix sentiant: hoc n̄ ita eveniret si ignis, et ꝑtes caloris ab hoīb. distantes n̄ ꝯcurrerent. ꝗ. ꝓ minorē, ꝗa ꝑtes immtē caloris, quas hoēs ꝯtingebant extra fornacē relinquunt, porta obturata; si ꝗ illæ dumtaxat nimiū calorē ꝓducebant reserata porta, et eumdē ꝓducerent occlusa; siquidē eodē mō perstant applicatæ, et ignis, atque calor fornace inclusi, neque ante occlusionē, nec post ꝯcurrunt, ut ais ꝑprio influxu ad calorē nimiū ꝓducendū; sd in utroque

casu, quinde bent, atq si n eent.

Collige ex his n requiri, qd agens quilibet partiale immte tangat passu, ut in illud immte producat; sd satis ee, si aliud partiale tangat. e hoc apertu ex dictis: si. n. oes partes profunda ad debitu dist existentes concurrunt immto influxu, et n oes attingunt immte passu, sd plures mediate; facile convincit agentia partialia plura, seu plures partes adaequati agentis immte in passu agere, quis illud n immte contingat.

Neq hoc intelligendu de agentibus partialibus remotis duntaxat, quae uniunt proximis, sd etiam de contiguis: si. n. ignis pedalis, cuius oes partes immte concurrebant ad agendu in passu, in duas, vel quatuor partes secaret, ex eode loco, e quo ante divisione influebant partes remotae in passu, influerent post divisione; qd eade experia convinci debet, nam manus in eade dista, minus calefieret, si aliqua partes ex divisis auferrent. Ergo quia partes divisae remotiores etiam ad calefaciendam manum concurrebant immto influxu.

Dices hac doctam enervari Apostoli argtu, quo praesentiam Dei in rebus ex eo probat, quia cum oibus, et ad oia concurrit. n. n. inqt actoru 17, longe e ab unoquoque nostru, in ipso. n. vivimus, movemur, et sumus — et sile fecit David psal. 138, sd n apte colligeret praesentia Dei ex immto concursu, si n opus eet, qd agens immte contingeret effu, illique assisteret. Rg. legendus vid P Vasq. 1 2ae. ap. 28. n. 14, ubi probat in predicto loco n agere Paulu de praesentia locali phica Dei, sd de intentionali, seu intellectuali; eo qd Athenienses arguat caecos, siquide Dei

effus videntes, et manu attrectantes, Deum non videbant, aut cognoscebant; cum tamen prima sit cognitio Dei cognitioni creaturarum et Deus ut cognoscibilis non longe est a nobis creaturas cognoscentibus. idem dixeris ad Regium Psaltem. §.

Hic observabis diligenter non opus esse, quod agens partiale a passo remotum agat, seu producat alia agentia partialia, quae inter ipsum, et passum concludunt; operari poterit in passum distans si distantia intercepta plena sit agentibus compartialibus, quin nihil producat in medium, monstrat hoc etiam experientia; demus quadratum ignem, et ex una parte applica sinistram, ex alia dextram, ~~et in~~ ~~marginem~~; absque dubio vel calefiet utraque manus, et ad qualibet concurrent omnes partes quadrati ignis, aut caloris illius, nam eadem ratio est A B C D, siquidem dextra minus calefieret, si auferretur D; et sinistra ablato A. Ergo eodem tempore, quo manus dextra calefit ab A, et B C D, sinistra calefit a D C B A. [illegible] Ergo, an dum calefacit A sinistram, efficere debeat B C, et D; et ut D calefaciat dextram, efficere debeat partes C B A, [illegible] hoc dixeris; dabis intentum: sed illud; illae partes eodem tempore mutuo se causabunt, quod est impossibile.

Dices, hoc non cohaeret praecedentibus, si enim pars A potest producere in sinistra non producendo aliquid in partes B C D; agens potest producere in remotum nihil producendo in proximum. Falleris quicumque obis, quia in praecedenti locuti sumus de medio non occupato agentibus partialibus, aut operatur ab agente producta est enim necessarium, ut agens in distans immediate agat, quod in medium producat, licet quod medium occupatum sit agente compartiali.

Petes, an si partes B C D non concurrerent cum parte A ad producendum calorem in sinistra, deberet A producere, seu physica actione attingere partes B C, et D; an satis esset, quod supponerent, quin neque ad calorem in manu concurrerent, neque à parte A producerent?

Respondeo necessarium esse, quod pars A in illa hypothesi produceret partes B, C, et D: alioquin non daretur debita contiguitas, et applicatio inter A, et sinistram. probatur; quia tamen agens A v. g. nec secundum aliquid attingeret immediate effectum, cuius oppositum esse necessarium superius monstratum est: probatur quia effectus esset in sinistra manu, inter quam, et A mediant partes extensae D C B, quae neque effectus sunt agentis adaequati A, neque comparatialia agentia. si B C D essent effectus A, tamen contingeret suum effectum secundum aliquid pars A, possetque operationem continuare immediata efficientia usque ad sinistram manum, quin illam non immediate attingeret. et denique si essent comparatialia agentia, pars A tangeret sinistram ratione comparatialium agentium, quod satis est, ut diximus. neque ergo ad hoc ut agens in remotum agat, an quod attingat, an quod producat operationem existentem in proximo, an quod ea operatio sit cum agente remoto producat, constituatque unum adaequatum agens.

Petes 2°, an ut agens in remotum agat, debeat producere in proximo operationem eiusdem speciei? utrumque est probabile, sed ego existimo, quod si effectus in proximo productus sit ab agente agat in remotum, non opus est, quod effectus productus in proximo sit eiusdem speciei cum producto in remoto. ratio est, quia Sol, et lux ab illo producta in medio producunt calorem in igne, et äere, et tamen in coelo, quod est medium non productus sit calor, sed lux

distincta in spe a calore, et sole — si autem ethus sp[ecies] lucis in medio non efficienter a sua ca[us]a tamquam agens adae-quatum ad operationem sequentem distinctae ipsi, res a me censet valde dubia, et ut talis relinquenda.

Sect. 3.

V. nale agens fortius in proximum intensius agat, quam in remotum?

Admittentes minima extensivum, et intensivum, quorum memini, q. 3. s. 2. et 4. et q. 4. s. 1. affirmant non fortius agere in proximiores unius minimi, quam in remotiores eiusdem, quia unum quodque minimum admittunt uniforme, et quoad omnes partes agendi, sic ad suam doctrinam consenter aiunt, quod in 1am partem minima subito sic producit calor uniformis, ita ut non minus calefiat remotior quam propinquior, et qui plura, quam 1um minimum agnoscunt eandem in omnibus doctrinam retinent. at quia non possunt negare evidentissimam experientiam qua vident, et sentiunt agentia fortius in proximum, quam in remotum agere, dicunt hoc esse verum de minimis inter se separatis, non de partibus eiusdem minimi, licet omnes partes 1i minimi uniformiter intensa sint; similiter et partes 2i minimi inter se separatae. at separatae cum partibus 1i minimi agenti proximioris, minus intensae sunt, et minus adhuc intensae partes tertij minimi, et sic de alijs, unde liberant axioma, quia fortius agit agens in minimum proximum, quam in remotum, quamvis non prius in partes proximas unius minimi, quam in remotas eiusdem.

Hac minimorum doct. ... impugnat... locis s. citatis, et iterum hic ab alijs ita solet impugnari. id[?] fortius agit in priori minimo, quam in 2°, quia hoc remotius est illius propinquius; sed ... altera medietas 1i minimi propinquior est, altera remotior; ergo fortius in priorem medietatem minimi, quam in remotiorem aget. praeterea fortius agit in rem naturale agens melius applicatam, et approximatam: sed medietas anterior minimi est melius approximata, quam posterior; ergo fortius in anteriorem, quam in posteriorem aget. haec vero intellecta de per se divisibilibus, et per se loquendo vim habet, et continet fundamentum communis axiomatis.

Relictis vero authoribus minimorum, constans est reliquorum omnium doct.a, certa illa quidem, et vera, agentia naturalia per se loquendo fortius agerent in propinquiores passiva proximas (modo aequales, modo proportionales sint) quam in remotas. Huius doct.ae communis fundamentum non aliunde est, quam manifesta ipsa experientia; minus enim audiunt voces e longinquo, quam e proximo; minus colores vident, et discernunt; subinde minus calefiunt, aut frigefiunt: et quo propius accedimus, eo melius, intensiusque sonos audimus, colores videmus, calorem, et frigiditatem sentimus; cur hoc? quia voces, et colores debiliores mittunt species in locum remotiorem, quam in proximum. calor, et frigiditas remissiores calorem, et frigiditatem in passum distitum, quam in proximum iaculant.

Diximus intelligendam resolutionem per se loquendo, nam per accidens aliquando contingit, quod fortius in remotum, quam in proximum agens naturale operetur. docet hoc experientia reflexionis; si enim caloris aut luci, antequam ad totam suam sphaeram extendat, obijciatur medium impediens ex-

tenς ulteriorē, tota illa extensio caloris, et lucis, q̄ si n' adesset impedimentū, erat ultra producenda, fit reflexa product̄ in partibus sibi ante calidis, et illuminatis directa calefact et illuminat. Unde fit, quod si ignis accedat ad corpus unde fit reflexio, nimio calore, et luce offendi soleat; si autē discedat minus; c' tn̄ dū magis recedit, accedat magis ad agens caloris, et lucis productivū; ergo hoc aliquando per accidens fortius in remotū agit, quā in proximū. Idē ostendi poterat alijs casibus, et experientijs, quas ideo omitto, q̄a unā sufficit qd prestarent oēs.

Diximus praeterea fortius agere in partes dilis, q̄ de ind̄ divisib' initiativis, in quibus relucet alia specialis rō, aliqui omni illud n' ē aliter receptū. nā Lt P. Murtia. l. de gener. c 4. q. 3. et Dimb.ᵉ c. 3. q. 2. a. 1. ad 4ᵐ, et. a. 2. ad 1ᵐ. alijq; n' pauci ex Iunioribus illud absq; discrimine, et limitat̄ accipiant existimantes maiorē intens̄ qualitatis produci intra agenti proximo, quā in partibus profundis trahis, eo qd hę distantiores sint, illud proximius; et maiorē in stimuativo, quā in posterioribus, minorē tn̄, quā in anterioribus: nihilominus P. Rubius hic. c. 9. tt de act̄, et react̄. q. 6. a nº 92. Coronel q. 10. a. 7. § Neq, alijq; moderni contrariū censent docentes tantā in superficie initiativa intens̄ producendā, quantā in profundis trah.; et nos hoc magis probamus, ut constat ex q. 12. s. 1. § Et tantā, ubi rōē reddidimus, id ē, q̄ accens stingere rōē tn̄ producendi in superficie, qui c' sit mūs trans intens̄ sequentis partis, nec ee possit sine parte, cuius mūs est,

hanc

bere debet tot partes intensionis, et non plures quam intensio tradenda, alias esset motus sine fine; siquidem excessus non haberet partes tradendas sibi respondentes in parte subiecti sequente, nisi eadem pars duplici tractivo afficeret. quod si te circulorum punctis tegis, detegendum erit eorum impugnat, quam habes 3° physic. nec opus est modum insolubilem hic conficere, cum absque illo facile expediri possit axioma. (Quoad continuativa non dissentimus a Murtia.)

Etenim si ad veritatem communis axiomatis non requiritur, quod agens agat semper fortius in proximum, quam in remotum; sed sufficit, quod id contingat per se loquendo, quando aliud non obest; hic obest efficientia, quae agenti immota est, et motus, in illas modalis intensionis producenda, quae esse nequeat sine parte tradendis, quasi cohibet naris agens, et reprimit, ne tantam intensionem in superficie producat, quantam ex ipsa produceret; si superficies non esset superficies, et motus, sed pars absoluta profunda, ut hoc est, ubi efficientia est; ad motum, quo dum rota movetur, maior impetus producitur in partibus moventi proximioribus, quam in remotioribus; et nihilominus impetus intensior non efficit in proximioribus motum tam velocem, quam efficeret, si non reprimeretur motu, aut impediretur a partibus remotioribus. quibus proximiores continuatae sunt: namque remotiorum circulus peragendus maior sit, quam proximiorum circulus, et ratione continuationis, eodem tempore remotiores debeant percurrere maiorem suam distantiam, quam suam minorem proximiores motum velociorem producit impetus remissior existens in remotioribus, quam intensior existens in proximioribus, quia intensior quasi infrenat, et reprimit ratione continuationis partium, ne

tanta velocitate p^te proximiore moveat, quanta ex se non it moveret, si proxim... n̄ eent c̄ remotioribus

Sect. 4.

Diff^as c^a dd^m praecedentem.

1^a diff^as, eaq^s gravis. Si agens fortius ageret in proximum quam in remotum, nunquam inciperet ee in subto dili gradus extratus caloris. v. g. ut unus, i duo, qd e ois falsum; sequela pr, q^a si inciperet aliq^do, n̄ fortius agens ageret in proxim quam in remotum; e^g si agit, nunquam incipiet gradus extratus caloris. maior ostendit^r facto ipso. sit nunc i^o 4us gradus caloris productus in subto. ille calor ut 4^or erit trus quoad extensionem, et trus illius erit subiectatus in aliquo indili subto... ter qd, et initiativum mediabit subti pars dilis, in qua productus sit calor ut quatuor, cuius extensio tret dicto in... atq^s ideo n̄ fortius agit agens in medietatem proximam, q... in remotam.

Rx neg^do sequelam; ad cuius probat^m et sequela negand... e; ad id, quo pr, dic illum gradum, quem demus ee sum... ex productis ab agente, nullo pacto a p^te post ee quoad... tensionem immte tratum, q^a c̄ n̄ beat extensionem detratam, sed in sua extensio sit dumtaxat sm̄ aliqd, nullum trativum e', qd immte tret extensionem solius caloris ut quatuor, sed qdcumq^s assignet... a p^te post trabit immte calorem minorem, et mediate calorem ut quatuor.

Dices, Calor ut 4^or trari debet quoad extensionem trativo ...

tenso ut 4^or^, alias non deesset pars calor ut quatuor esset tracta quoad extensum: sed trativum intensum ut quatuor nequit non esse immediatum calori ut quatuor; nam si esset immediatum parti antè remissiori, daretur motus trativus sine parte, ut nos arguebamus quod calor ut 4^or immediatè trahat. accipio quod illud indivisibile subiecti, in quo recipitur trativum intensum ut 4^or, inter illud, et initiativum clauditur pars divisibilis, per quam totam extenditur uniformiter calor ut 4^or. Dico negando quod aliqua pars post trahi debeat calor ut 4^or trativo intenso ut 4^or; nam cum quodlibet continuativum subiecti remotius sit ab agente, quam pars antè, minus intensionis in quolibet debet produci, quam in parte antè, et plus, quam in sequente, quia in trativis cessat inconveniens repertum in trativis initiantibus versus agens, atque ideo non est, quare in illis non sit observandum axioma fortius agit agens in proximum, quam in remotum; perstabunt itaque aliquae partes caloris ut 4^or non tractae immediatè, per accensionem in defectu sufficientis applicationis subiecti ad agens.

Replicas. auferat Deus a subiecto omnem calorem, qui non sit ut quatuor, relinquatque solum illum, qui ut 4^or est, jam manebit aliqua subiecti pars uniformiter calida calore ut 4^or; nam cum ille calor supponatur extensus, erit in subiecto divisibili, et plures subiecti partes erunt per illum calidae calore ut 4^or. Nega aliter casum, qui non minus implicat, quam quod Deus auferat a subiecto, sed calore extenso verè partes praeter illam, quam trativum initians immediatè tangit.

2^a^ difficultas. Vir ex productione uniformiter difformi intensionis

qd sit admittendus infinitus partium dissolutarum n^{us}, nam excessus intensitatis proximioris non continuatur cum intensitate remotioris, ut ostendit subiecta figura, non enim A continuatur cum B, neque B cum C, quo cum dentur infiniti excessus, totidem quot sunt partes subiecti ab agente remotiores, et inaequaliter distantes; infinitae dissolutae et non continuatae erunt admittendae, si productio uniformiter difformis admittatur.

Facile expeditur difficultas haec neque intensive, neque s.n. infert infinitum n^{um} partium dissolutarum; nam licet A, B et C non continuarentur immediate, et versus summum, mediate tamen, et versus imum copularentur, siquidem A unitur immediate O, et O immediate unitur B; unde mediante O, A unitur B. similiter A mediate unitur C duplici via, et quatenus unitur immediate cum O, et O cum B, et B cum P, et P cum C, et quatenus continuatio procedit ad C per O, S, P.

3^a difficultas sane contingit, quod subiectum distans medium sit oppositum, minusque resistat, quam medium, sed tunc agens agit fortius in remotum, quam in proximum; quod vero fortius agat in proximum, quam in remotum, non oritur defectu applicationis, et maioris distantiae; sed defectu dispositionis in subiecto, aut ratione contrarii resistentis, alioquin non fortius in subiectum remotum, quam in proximum, ubi accideret quod remotum careret contrario, aut esset medium dispositum.

unde colligemus ad summum bene verum axioma in qualitatib. contrarij resist.a producunt, non in illis, quae absque illa, minor contenendit experia. Videmus lucem non magis lucem producere in corpus distans magis diaphanum: item maiorem calorem produci ab igne in stupa, quam in ligno frigido, quod inter ignem, et stupam positum.

Neri potest id contingere per accens; nam si caetera aequalia eent, solumque daret inaequalis partium applicatio, agens fortius in proximum ageret, quam in remotum. Nunquam agens fortius agere in remotum eadem linea recta, quae mittit operat. per proximum, quantumvis det in remoto melior dispositio: neque unquam experiam docuit magis illuminari corpus distans magis diaphanum, quam corpus medium minus diaphanum, si per hoc solo linea recta ad remotum illuminatio transmittatur. nam si aliunde ad corpus magis diaphanum lineae rectae a luminoso deriventur, ut apparet in margine, recipere poterit diaphanum distans maius lucem, quam corpus medium; sed non maiorem, sed minorem quam aër, vel aliud medium, per quod linea recta luminosum illuminat diaphanum distans.

Idem dixero de stupa, et quolibet alio corpore distante melius disposito, quod ostendi potest clarissima experia, etenim si inter stupam, vel manum ex una parte, et ignem ex alia apponatur ferrum frigidum; non statim, atque omnes ferri partes exiguum calorem recipiunt, vel manus, vel stupa ad minimum interusum concipit, quia manus, et stupa melius disposita sint; quam ferrum, minusque habeant contrarij, et resist.ae imo neque maius calorem recipient, quam ferrum interpositum induerit, sed quod transmittenda est alteratio; q.

q̃ n̄ satis ē subti distans ex melius dispositum, ut in illud q̃ ... agat fortius agens, quam in proximum; per qd mittenda ē ...

§. 5.

An sphæra agentium terminum habeat, et qualis ille sit?

Manifesta experientia compertum ē, et quotidie probat finiti agentis sphæram n̄ ēē in infinitum extensam; ad tantam distantiam subtum positum neque a luce illuminatur, neque ab igne calefit: illuminatur autem, et calefit, si magis accedat. similiter obtū ad maximam distantiam n̄ videntur, q̃ ē tam longinquus n̄ possit ad visionem usque propriam speciem impressam mittere videntur autem e loco propinquiori, ad quem usque valent species diffundere. neque dici potest in casibus praedictis agentia n̄ producere ad tantam distantiam ob resistentiam contrarij; nam c' lux, et species impressa contrario careant, et nihilominus neque lux, nec impressa species ab obtū missa, in infinitum porrigatur, constat manifestum n̄ ex contrarij resistentia illas experientias provenire.

Ratio experimenti ultimò revocanda ē ad finitudinem, et limitationem agentis, ex illa .n. oritur, qd n̄ tantum producat in remotum, quantum in proximum, si aliunde n̄ iuvet, et sic quo magis partes subti ab agente distant, eo debilior in illis producitur operatio, donec tantum distant, ut nec debilis ad illa perveniat. Hoc n̄ difficile sibi suadet intus, quando idem agens operatur, nec ab effectu producto adiuvatur, sed potius a contrario impeditur: at difficilius credit, qd agens ab effectu, quem producit, iuvet ad ulteriorem productionem qua maiores vires comparat, et nihilominus terminum cognoscat in

sua sphaera, etenim si ignis se solo ad tantam dist. iacit operat., a qua deinde adiutus ad maior. extendit, et deinde ad maiorem nova producet caloris roboratus, quo pacto finiet sphaera, si semper novam, et novam producet, novas, et novas vires comparat, quibus ad maiorem, et maiorem dist., atque sphaeram potest suam operationem transmittere? certe apparet incredibile, quod finiat, et trahere sphaera. hoc potest in hunc modum urgeri applicato luminoso ad passum, producet in parte immediata lucem ut 4or, et haec lux ut 4or producet in parte sequente, (cum non obsit contrarium) lucem etiam ut 4or, et illa aliam lucem ut 4or in parte immediata sequente; ergo numquam finietur extensio productionis: probo consequentiam, quia si in qualibet parte sequente tanta producitur, quanta in ante, in omnibus producetur lux ut 4or, atque ideo numquam finietur sphaera, alioquin in parte ultima sphaerae daretur lux ut 4or, et nihil ulterius produceret, cum tamen sit agens naturale, et parti sequenti sufficienter applicatum.

Hoc ut explicem, suppone doctrinam Alberti de Saxonia. 1. de gener. q. 15. Murtia. q. 4. eiusdem libri. q. 3. a. 3. et P. Hurt. disp. 9. phys. s. 7. § 98 ultimae editionis, agentia naturalia non tantam intensionem producere in subiecto, cui non penetrantur, quantam habent in se, sed minorem (et loquimur de intensione eiusdem rationis) quam video experientia manifesta probari; eo. n. magis intensio minuitur, et decrescit, quo magis extenditur per subiectum qualitas, cuius nulla alia ratio exhiberi potest, nisi quod non tantam intensionem producit agens in parte proxima, quantam habet in se; nec pars agenti proxima tantam in sequente

p.^{te} producit, quam ab ag. accepit, et sic decrescit operatio, don nec tandem omnino sistitur extensio.

Et quia verum sit, quod ab operatione agens iuvetur, et sic cum illa ad maiorem sphaeram producat, et adhuc ad maiorem dum a 2.^a operatione iuvatur, et ad maiorem, dum a 3.^a: nihilominus tamen, quanto quo magis operatio extenditur, eo debilius iuvat agens, eo minor pars sphaerae accedit, quo magis extenditur operatio, et tandem tantum operatio extenditur, ut nihil iam iuvet agens, atque sic nec amplius sphaera crescat, nec amplius extendatur operatio.

Reduco ad praxim doctrinam hanc; Lucerna v.g. se sola produxit lucem per totam sphaeram A, quae est distantia ut 20 ~~octo~~, nec se sola poterat ad distantiam maiorem operationem extendere: adiuta tamen a luce, quam produxit, potuit ad maiorem, et sic produxit usque ad B novam aliam sphaeram extensiorem comparans v.g. novem, quae licet minor sit, quam, quae sola lucerna comparata, at coniunctim ex utraque parte singulis maior sphaera est. similiter adiuta a 2.^a luce se extendit ad maiorem sphaeram, extra per additamentum minus, quam ante, cum 1.^m fuerit ut vi, 2.^m ut octo, adiuta a 2.^a, et 3.^a luce producet ad maiorem distantiam, quam adiuta a sola 1.^a, et 2.^a, novamque comparat sphaerae partem, minorem tamen, quam cum 2.^a, et 1.^a luce comparavit, et sic cum proportione decrescunt additamenta, donec ad ultimum perveniatur decrementum, ubi terminatur lucernae sphaera, ut constat in superiori exemplo, per quae patet ad rationem dubitandi superius propositam; imo et ad urgentiorem, nam in subiectum immittens cum

quo nõ e' penetratus ꝓducit agens tantũ intens.ᵉ quantũ hẽt in se; alias vim maximã argũ dicit ad impugnandũ ẽcy sphæra totius alterationis.

Restat inquiramus nũc, an dictus tũs intricus sit, l. potius extricus: hoc ultimũ coiter docet a iunioribꝰ eo fundtõ ductis, qd si eet intricus, perveniret intensio usqꝫ ad indiuisibili, ultra qd nõ ꝓgrederetur, unde eet verũ dicere, in hoc indiũ e' intensio, in reliquo sequente nõ e' intensio, qd ee impossĩ ita sibi ꝑsuadent, q̃ a illa intensio e' indiũ, et hoc dici nõ potẽ, cũ de rõe intensionis sit ee qd diũ et ꝯtinuũ: l e' aliqd diũ? et sic interrogant; quare nõ ꝓduxit in pte sequente aliã intens.ᵉ minorẽ se, cũ agens natus sit, et sufficienter applicatus? quare cũ nulla rõ sufficiens reddi possit, debet affirari, qd sphæra tũs sit extricus, quatenus assignari potẽ indiũ, ad qd nõ ꝑveniat intensio, cũ tñ perveniat ad totũ extens.ᵉ antecedentis.

Sed Pr Hurt.ᵒ a allegatus facile se expediret ab hoc argtõ iᵃ suã doct.ᵉ, ait n. qd cũ agentia nõ possint ꝓducere tantũ intens.ᵉ in pte sequente quantũ hẽnt in se; sd minorẽ, et minorẽ sm ꝓportionẽ maioris distantiæ ab agente; tã exiguus gradus ꝓducitur in ultã linea, ut rõe minimi nõ possit aliã intens.ᵉ ꝓducere, qd ex eo ꝓbat, q̃ a quotidie ita experimur, et eius alia rõ sufficiens reddi nõ potẽ; neqꝫ hoc evitant, qui tũs extricũ sõ admittunt; si enim nõ admittunt pts indiũ intens.ᵉ, oportet in

pte immta trō extrinco sit intensio dilis, cur illa n̄ pro duxit in pte sequente intens̄ minorē sc.? solvant nostr argtā solutꝫ Dñi illust̄, l. admittant ptes intens̄ indiles.

Censeo utroqꝫ pacto extrinsece, et intrinsece posse trari sphā ag̃nalis. intrinsece quidē, q̃a cū eo minor intensio produ cat a ptib. antecedentibus in sequente, quo hac diuturnior sph. erit, ad tantā distantiā perveniet, ubi n̄ producat. nisi inten tivū versus sē pts indile, versus extens̄. s. et intensione qd recipiet in subti puncto, ubi sphæra intrinsece trabit q̃a illuc usqꝫ pervenit intrinsece qualitas, saltē sm̄ aliqd, dic crescens usqꝫ ad n̄ gradū, nec ulterius, l. tantillū qq̃ qd si immte post illud subti punctū sequat̃ pars indilis ut in mea sentā posse otingere planū ē; illa pars in dilis absoluta erit trū extrincus, q̃a ad illā n̄ pertingit intrinsece alteratio, cū trī in tota extens̄ ante extrinsece sit.

Hac doctā reddit difficilior ex eo, qd iā n̄ decresceret intensio cū proportione, siquidē in illo indili, qd ē trū intrinsecus dumtaxat ē pars indilis intensionis, et in pte immta ante ē pars intens̄ in infitū dilis; fuit q̃ transitus ab in dili ad indile, qd nullā hēt proportionē.

Rx nihilominus proportā servandā inter ptes diles intens̄ antes trū, n̄ inter ptes dilē, et indile trans̄; ptes autē diles intens̄ antes trū cū proportē decrescunt; et sic tunc absqꝫ proportē ulla efficit transitū a pte intens̄ divili in infitū ad n̄ pts, seu ad nihilū intens̄ (cū in trō extrinco nihil ponas

intensionis, et in parte immediate ante ponens intensionem in infinitum divisibilem) ita et ego non servo omnimodam proportionem, quia maiorem servem, quam tu; quandoquidem maiorem proportionem habet cum parte divisibili indivisibile, quam negatio cuiuscumque partis divisibilis, et indivisibilis. Verum quare non ibi servet proportio, est, quia ibi deficit virtus illius causativa; eo enim sit minor potentia, et debilior, quo partes magis distant; tantum autem distant in illo indivisibili terminativo sphaerae, ut id causare non possit cum proportione agens; sicut neque causare potest in parte sequente, etiam absque proportione.

Dices illud indivisibile esset terminativum, et non esset: esset quia supponimus; non esset, quia cum terminare deberet intensionem immediate antecedentem, et intensio immediate ante sit in infinitum divisibilis, nequaquam potest esse talis intensionis terminus, quod inde patet, quia impossibile est, quod indivisibile intensionis terminet quoad extensionem intensionem divisibilem in infinitum, nisi cum illa proportionet; eiusmodi autem proportio est impossibilis, quia . . . nego sequelam, esset quidem terminus intensionis divisibilis, non quia illam terminet secundum totum, sed secundum aliquid; et illud aliquid non secundum totum, sed etiam secundum aliquid, et sic in infinitum. impossibile esset, ut bene notat argumentum, quod aliquid indivisibile intensionis terminus sit quoad extensionem proportionatus intensionis in infinitum divisibili; nam sic optime, et secundum totum illam terminaret; at non ita asserimus esse terminum.

Replicas; ergo infinitae partes intensionis omnis manent absque terminativo. Patet consequentia, quia si vere essent terminatae earum terminativis fieret intensio divisibilis in subtili puncto, quod dicimus intrinsecum sphaerae terminum. Concedo consequentiam, per accidens enim contingit defectu applicationis, nam ut vere quoad extensionem terminarent, opus erat penetrat . . .

et sic nullius subi inaequaliter et aeq. distantis, intensio ad aequate, et sm totu trat quoad extens. positivo tro a se

Q.o 17.

De pport.e requisita inter qualit.s intendentem, et intendendam.

S.o 1.

Quid sentiend. quando qualit.s ss diversae rois.

Non raro contingit, qd qualitas producat, et intendat ab alia qualit.e diversae rois, ut q.do calor a luce producit, l. aliunde productus ab illa intendit, siliter habitus acquisitus ab actu qui diversae rois e, ab alio actu sibi postea intendit. inquirimus in praesenti, q pportio intens. naria sit, ut qualitas intendat qualit.l diversae spei, an. s. narium sit, qd intendens maiorem intens. here debeat, l saltem aequalem; an, sd possit contingere, qd remissior intensiorem possit augere et in aeque intensam agere. v.g. an lux intensa ut unum intendere possit calorem ut duo, l ut tria.

Credidero contingere posse, qd in qualitatibus diversae spei + actio procedat a pport.e minoris inaequalitat.s, ita ut intensa à minus intensa (a fortiori qs ab aeque intensa) perfectiores spei possit intendi. video hanc sent. ee com. inter magistros recentiores, et aliunde probatam

Pe Val. 1.2a dp. 80. c. 1. Pe Rub. 1. de gener. c. 9. tt.a act. et react. q. 5. § ult. Pe Suar. dp. 18. sect. 5. 9. n. 10. Murcia, et alijs; quis ?trarium videant docere Burlaeus. 3. phys. et Valles ?troversia 44.

1a ro, qa plura agentia nulla intens. hent, et nihilominus possit intens. producere illamque augere (ut pt in igne, sole, et aqua) eo qd entitatis, et spei sint melioris, et perfectioris. Ergo idem poterunt qualit. entitatis, et spei perfectiores, q intens. hent aequalem, l. minorem. pt coa, qa habere aliquam intens. non est impedimentum ad agendum, sed potius iuvamen; si ergo qualit. diversa rois, et agentia substalia conveniunt in hoc, qd sint productiva intens., et in eo qd superent in perfect. intens. producenda, l. augenda, et substalia agentia possit absque ulla intens. intens. ut duo augere, poterunt etiam qualit. perfectiores cum intens. ut unum intens. ut duo imperfectioris qualitatis intendere; secus in qualitatibus perfectioribus intensio esset impedim.

2a ro. Ergo qualit. ss perfectiores supplere possit sua maiori perf., et activit. defectum intens. pr., q qualit. eo solent ee activiores, et potentiores, quo in sua na, et spe nobiliores; sic calor activior, quam siccitas, frigiditas magis activa, quam humiditas; ergo si imperfectior et perfectior sint in aequali gradu intens. roe sua maioris activitatis poterit perfectior imperfectiorem intendere.

Non ?tendo, qd qualitas quelibet diversae perfectionis intendere possit quamlibet aliam imperfectiorem, lux. n. perfectior

ē frigidit. et ti nequit frigidit. remissa lux intensiss aliquantulu intendere. quare 3º debet intelligi de qua litatib. pfectiorib. rnē imperfectioru, quaru pductiva sit. tab. ē lux rnē caloris, et calor rnē siccitatis.

Sed neqß de his ita debet intelligi, ut qualibet intensio qualitatis perfectioris augere possit qualibet intens. in perfectioris; na hoc experia ipsa docet ee falsu, c. ex luce remissa nunqua manus ɔcipiat calore maxe intensu. huius roē, qa lt oēs ptes qualitatis perfectioris sint eiusde spēi, et perfectionis, n tn oēs ss aequalis activitatis, et energiae, sd activiores ss, quae intensiores roē maioris multitudinis partiu, quare si unicus gradus lucis pducere pote duos gradus caloris, dimidius poterit unu et duo tres, atqß ideo qualibet pars qualitatis perfectioris certa intens. sibi debebit in qualitate ignobiliori, qua maiore pducere nequeat, nisi aliunde adiuvet. veru tn ē, qd intensio, qua detrat qualitas perfectior in qualitate imperfectiore semper, per se loquendo, erit maior ea, qua in se het.

Ex qua doct.a recte infert, qd Durandus in 1. d. 17. q. 8. ad 2.u Val. 1. 2.a dp. 80. c. 1. Lorca ibide. 11 de habitibus. Salas tom. 1. tit. 10. dp. 4. s. 2. nº 17. Valentia. dp. 4. q. 4. puncto 3. dubio. 3. et alij docent; minime habitu acquisitu intendi posse, aut 1º pduci ab actu n̄ remissiori, ita ut maior sit intensio habitus, qua actus, q ē hic rnē illius cā equivoca sit, et perfectior, supplere pote

defic̄ intens.is maiori sua activit.e; q̄ n̄ ita ē intelligend.us ut per quelibet actū nal.e quantumvis remissū augeri posse physice quilibet habitus acquisitus quantumvis intensus.

Hæc difficultas valde varia e, et tractari solet lib. 2. de generat.^e ubi proprius locus e, eā nos tractamus hîc, ut multi faciunt, q.^a tempore destituti forte ad eū locū n veniemus, siquidē libros de aîa prius tradere apud me decretū e. Et quis ex universalius examinari posset de qualibet qualit.^e contraria tā 1.^a, quā 2.^a, placuit de primis solummodo id prestare tū q.^a illæ max.^e contrariæ ss, tū præterea, q.^a ex dicendis de illis facile ad alias constabit.

Et in primis quatuor 1.^æ qualit.^s activas ee, et resistivas experiêntia constat, nā calor calorē producit, et frigiditati resistit: frigiditas e q.^a frigidit.^e producit, et calori introducendo resistit. siccitas humiditati resistit, et siccitatē producit; nā sal sua siccitate corpora exsiccat, ut illi experiunt., qui in Salinis versant.; et deinde, q.^a ut testat. Ari. 4. meteor. c. 34. et 36. siccitas coagulat, qd prestare in aliis m.^o nequit nisi sua act.^e producendo siccit.^e tandē humiditas siccitati resistit, et humidit.^e producit, ut pt

in aqua [illegible] humescunt, et in quibus . . . . aliq. [illegible] quae e vicinis locis humentib. humiditatem ociganit, quae [illegible] [illegible], et putrescunt.

Maior diff.tas est investigare quae harum qualitatum activitas, resist.a maior sit. circa quam notare oportet multiplicem [illegible] esse comparationem; conferri n. potest activitas unius cum activitate alterius; 2.o resist.a unius cum resist.a alterius. et 3.o activitas unius cum res. alterius et e contra. Si 1.o modo fiat comparatio, comm. sent.a 1.um locum tribuit caloris activitati; 2.um activitati frigiditatis; 3.um humiditatis activ. et ult.um activitati siccitatis: quare calor dicit esse magis activus quam frigiditas, hanc, quam humiditas, et hanc, quam siccitas. Sax. 1. de gen. q. 16. a. 3. in 6.a concl.e Vañez. c. 9. q. 3. in 2.a [illegible] Astudillo q. 22. Murcia d. 4. q. 5. Dimb.us 2. de gen. c. 3. q. [illegible] 3. Soncin. Ruv. et alij.

Ro. huius ordinis reducit ad experientiam; calor, et frigiditas citius, et ad maiorem distantiam operantur, quam humiditas, [et sic]citas; ergo duae priores qualitates activiores sunt duabus posterioribus. Ex maiori n. celeritate, et sphaera maior activitas colligit [illegible] ag.te; quod si calor cum frigiditate conferat, inveniemus illum citius, et ad maiorem sphaeram se comicare; frigiditatem ad breviorem, et lentius longius calefacit ignis, quam frigefacit nix, citiusque [illegible] humiditas ad maiorem distantiam, et brevius se diffundit quam siccitas, ergo praedictus ordo excellentiae iuste assignatus est.

Si vero 2.o modo fiat comparatio, subdistinguendum est; nam comparari resist.a activa (ita enim appellatur qualitas activa) cum resist.a activa, et sic nihil dicas addendum; erit n. maior ac[tivitas]

caloris resistentia, quam resistentia activa frigiditatis, et huius quam siccitatis etc. In comparatione resistentiae gradus unius cum resistentia graduali alterius, et hoc pacto inverso ordine procedendo cum communiter sentiunt auctores super citatos; ita ut siccitatis resistentia gradus maior sit, quam resistentia humiditatis, et huius resistentia maior, quam gradus frigiditatis. ultimum denique locum obtineat gradus caloris resistentia. Ratio est, quod illa qualitas magis resistiva sit, quae minus activa; illa minus, quae activior. Huius inversionis fundamentum experientia est; nam videmus, caeteris paribus, sicca magis resistere, quam humida, et humida difficilius superari, quam frigida, et haec, quam calida.

Denique si activitas unius conferatur cum resistentia graduali alterius, dicendum est maiorem esse activitatem resistentia alterius, caeteris paribus. Id est activitas unius gradus maior sit resistentia graduali alterius gradus qualitatis oppositae. Ratio est, quia videmus frigidum ut unum agere in calidum ut unum, et contra, et frigidum ut sex in calidum ut octo; ergo maior est activitas unius resistentia contrariae qualitatis. Probatur contra, quia alias agere non posset in subiectum possessum a contrario. Ratio est, quod dum qualitas activior agit, ab alia repatitur, quia dum calor frigiditatis resistentiae gradus superet, et superat ipsius gradus resistentiae a frigiditatis activitate, quare sese invicem demoliuntur.

Si vero comparatio fiat inter activitatem, et resistentiam eiusdem qualitatis, maior erit activitas, quam resistentia, quia si activitas caloris [illegible] maior est resistentia graduali frigiditatis, et gradus resistentiae frigiditatis minor est resistentia graduali caloris, dicendum ergo maior est activitas caloris [illegible] graduali resistentia. similiter si maior

e activitas frigoris, quæ resistentia formalis humiditatis, et huius formalis resistentia est maior, quæ resistentia formalis aliorum, huius activitas maior erit sua resistentia propter illud, quod est maius maiori maius minori.

Quod si petas, in quo consistat contrarij resistentia? respondet in summa de genere c. 2. Marsil. 1. de gen. q. 19. Sax. q. 17, et nonnulli alij, consistere in eo quod qualitas contraria subiectum illudque informet. Niphus. v. 1 de gen. Iabellus met. q. 2. Sonc. ibidem q. 6. Valles, et alij, consistere in actione, qua passum in agens reagit.

Benigne possunt componi ex sententia, quam Murtia tuetur loco citato, ubi distinguit duplicem resistentiam, alteram activam, alteram formalem; de hac possunt intelligi priores, de illa posteriores et hac ratione concordes reciprocè. Et quidem quod duplex hæc resistentia sit, probat Murtia, quia resistentia est illa, unde provenit, quod agens vel non agat, vel non tantum, aut ita celeriter, quam ageret si non adesset resistentia: sed a reactione, et informatione qualitatis contrariæ provenit, quod agens non tantum, vel non ita celeriter agat, quam si non daretur subiectum informatum contraria qualitate, aut sine reagente. Ergo. Probatur minor, quia ex reactione provenit, quod agentis activitas imminuatur; ergo et quod non tantum agat, nec ita cito, quam si non fracta foret per reactionem. Deinde, ex eo quod qualitas contraria sit in passo, provenit, quod non facilem habeat ingressum qualitas introducenda; et quod non tanta introducatur, quanta introduceretur si subiectum tali contrario careret; sed resistentia per reactionem est activa, et per informationem est formalis; ergo datur utriusque generis resistentia.

Hanc sent. v. existimo, et ita ego intelligo, ut active resistere sit agere qualit. contrariã, et posse resistere active posse agere, seu posse producere qualit. contrariã unde sicut virtus activa est, priusquam actione est in actu 1°, ita activa resist.a in actu 1° est ipsa pot. ad agendum reducitur ad resistendum in actu 2° per act. resist.ae v° formalis sit exerceat. per entitatem qualitatis iam in subto existentis, tn n. per solam unionem, qua in subto est, reducitur resist.a formalis ad actum 2m resist.ae; nam si nullum adsit contrarium, a quo impugnet. n. dicet. actu resistere, quia actu in subto sit: sed erit quasi in actu 1°, potens quidem resistere, sed n. actu resistens. quare resist.a formalis in actu 2° duo dicit, et qd forma resistiva sit in subto, et qd contrarium adsit, quod conet. expellere.

In cuius rei gratiam placet investigare tempus, in quo actualiter, seu in actu 2° resist.a exerceat. certe de activa resolutio est facilis; cum n. active resistere sit formaliter agere, tunc contrarium agenti resistit active in actu 2°, quando in illud actualiter agit. De formali maior difficultas: sed dicendum nihilominus tunc contrarium resistere in actu 2° resist.a formali, quando sui positione in subto ingressum prohibet absolute (vel saltem retardat) formae, quam agens conat. inducere, et re vera induceret nisi impediret contrarium in subto obfirmatum. ratio est, quia resistere formaliter est product. impedire per sui inhaesionem in subto, vel saltem retardare; tunc in actu 2° exercebit formalis resist.am, quando actu impedit, vel retardat oppositae qualit. product.

in subiecto; quod si non adsit agens, quod conetur inducere, non abit resistentia formalis in actu 2o, quia non resistit actioni nisi impugnanti, vel impugnare conanti.

Duo licet colligere ex dictis: alterum ad resistendum formaliter in actu 2o non opus esse, quod contrarium sic resistens aliquid producat: sed, quia formaliter resistere salvatur in hoc, quod per sui positionem in subiecto impediat alterius introductionem, vel retardet; ad quod nullo pacto requiritur, quod producat, quidquid sit, an re ipsa semper reagat. 2o dupliciter contrarium expelli posse a subiecto. 1o efficienter media qualitate producta ab agente in eodem subiecto; 2o formaliter per qualitatem oppositam in subiecto receptam; neque aliter ea efficienter ~~[illegible]~~ expellit contrarium, nisi quatenus producit formam, quae expellit formaliter.

S. 4.

Ea, quae hanc doctrinam reddunt nonnihil difficilem.

Diximus initio sectionis praecedentis omnes 4or qualitates esse activas; hic [illegible] difficile creditu, cum dicat Aristoteles tum lib. 4. meteor. c. 4. tum 2. de gen. c. [illegible] [illegible] 8 duas, calorem, et frigiditatem esse activas, reliquas vero duas, humiditatem et ~~frigiditatem~~ siccitatem, resistivas, seu passivas. non quod omnes activae sint, et resistivae, alioquin otiosa esset, et omnino inutilis distinctio illa Philosophi, et observatio.

Dices Aristotelem nequaquam contendere, quod duae illae activae, ut non resistivae, duae 2ae resistivae et non activae sint: sed quod duae 2ae comparatae cum 1is in activitate tantum excedant, ut activarum nomen [illegible] mereantur, sed hoc sibi vendicent calor, et frigus; [illegible] duae tamen excedant in vi formaliter resistendi, ut comparatione facta ad 2as

indignae videant non resistivarum; atque ideo duabus id attribuit, quod resistivae sint, 1.º quod activae; quia duae sunt alio aliter resistivae, et duae vero aliqualiter activae sunt.

Allegoricas; valde difficile conamur videre illarum activitas, et resistentia contrarii ut constare potest [illegible] argumento: 1.º illa est maior activitas, quae maius vincit resistentiam, sed activitas humiditatis maius vincit resistentiam, quam caloris; ergo maior est activitas humiditatis, quam caloris. maior videtur constare, cum maior activitas necessaria sit ad vincendam resistentiam maiorem. minor constando quia activitas humiditatis vincit resistentiam siccitatis, quae per nos maior est resistentia frigiditatis, quam vincit caloris activitas, ergo haec est illa minor. Distinguo maiorem: si illa resistentia maior, quae ab una vincitur, et non ab alia, sit utrique activitati contraria, et ideo una illam vincat quia potest, et altera vero non, quamvis posset, concedo maiorem: si ideo ab una non vincatur quia illi non contrariatur, nego maiorem. siccitas neque resistit calori, neque illi opponit atque ideo minus non est, si non vincatur a caloris activitate, vinceretur quidem, si resisteret, et opponeret, siquidem vincitur a minori activitate humiditatis, imo celerius vinceretur, et in maiori non [illegible] ab activitate caloris, quam ab activitate humiditatis.

2.º Si activitas caloris esset maior activitate frigiditatis, maius interest pateretur frigiditas a calore in parte temporis B, quam calor a frigiditate in eadem parte temporis, ergo quidem qualitates activiores plus producunt eodem tempore, quam debiliores, sed non patitur frigiditas a calore maius interest in parte temporis B, quam a frigiditate calor in eadem, ergo minor prius, quia si calor minus pateretur a frigiditate, magis retardaret productio frigiditatis

a calore, quam productio caloris a frigidit^e, atque ideo magis resisteret calor frigiditati, quam frigiditas calori (contra dicimus maius esse resist^m frigiditatis, quam caloris) prob^r quia illa qualitas magis resistit, quae act^m magis retardat.

R^x 1° neg^do mai^r; licet n. tantum ageret calor in frigidit^m, quantum ab illa pateret, et non plus, adhuc esset maior activitas, quia produceret cum maiori resist^a, quam ut produceret, vinceret, et maior activitas requirit^r caeteris paribus ad eumdem gradum intensionis producendum cum maiori, quam cum minori resist^a.

R^x 2° concedendo mai^r, neg^do min^r. ad prob^m nego, quod magis tardet productio frigidit^is a calore, quantum est ex parte sua, quam tardat productio caloris a frigidit^e, quantum est ex parte sua (quod non infert calorem ex se magis resistere frigidit^i, quam resistit ex se calori) quia retardet magis absolute ... debilioris activitatis, quae in frigidit^e est, si^c. n. ... duae inaequalis activitatis cum aequali resist^a formali producerent activior eodem tempore plus produceret, quam debilior, non quia maior illa tarditas proveniat ex resist^a formali; sed ex debiliori activit^e: sic quod frigiditas tardius, et debilius in calorem ... quam calor agit in frigidit^m, non est, quia magis resistat calor frigiditati, quam haec calori: sed quia frigiditatis activitas multo minor est, siquidem cum minori resist^a adhuc minus producit, quam calor cum maiori.

3° Activitas caloris, et formalis illius resist^a, seu vis resistiva identificantur realiter, sunt n. ipsa entitas caloris; si activitas caloris maior est frigidit^is resist^a, etiam erit maior eadem resist^a frigidit^is resist^a formalis caloris. prob^r cons^a, quia quoties duo

si ide, atq. id evenit. R. concedo ant., et disting. cons.: ideo erit maior resist.a formalis caloris, quam formalis, neg. cons.; quam activa e realiter concedo cons. eadem entitas magis activa est, quam resistiva, et sit maior activitas, quam formalis resist.a et quidem sit activitas caloris non dr. maior ad resistendum formaliter, quam resist.a frigiditatis, sed maior ad agendum in illam, et vincendum, sic per identitatem cum resist.a formali non communicat illi, quod sit realiter maior in ordine ad resistendum, sed in ord.e ad agendum.

4.o Prodo producitur unus gradus caloris in subiecto frigido expellit alium gradum frigiditatis; ergo frigidit.is resist.a formalis non e maior, sed minor resist.e formali caloris: probo cons., quia illa resist.a maior e, quae se ipsa formaliter destruit, et superat aliam equalis intens.is: sed unus gradus caloris, et unus frigiditatis bene resist.a formalem equalis intens.is, et nihilominus gradus caloris denuo subiectum intrans destruit, et vincit resist.a per suam entitatem, et resist.a formalem, formalem resist.a alterius gradus frigidit.is; ergo maior e caloris formalis resist.a, quam resist.a frigidit.is. et sane nihil potest activitas caloris vincere praeter illud, quod potest vincere formalis resist.a caloris, quem producit: siquidem eatenus vincit active, quatenus producit calorem, qui vincit formaliter; atque ideo maior erit caloris resist.a formalis, si activitas eiusdem maior e, alias plus posset vincere active, quam formaliter potest vincere calor a se productus.

R. concedendo ant., et neg. cons. ad cuius prob.em distingo mai.: illa e maior, quae se ipsa destruit aliam eiusdem intens.is longiori tempore, quam destrueret ipsa, si in subiecto

praexisteret, et a destructa impugnaret, nego mai.; b. [illegible] viori tempore ocedo mai. si activitas agentis eet aequa (caeteraqȝ paria adeent) breviori tempore vinceret n sist.a fralis unius gradus caloris, quā unus frigidit. humidit., q.a tenacius subto adhaeret, difficiliusqȝ ab illo moveri potest; et ex hoc collig.da e maior, l minor resist n precise ex eo qd unus gradus caloris alius frigiditatis fraliter expellat; q.a id praestat adiutus a maiori activit.e pellente, et suo robore intromittente gradus, qui n intro mitteret, si vis activa caloris n eet maior resist.a fral frigiditatis. Ex quo facile stat ad illud, qd dr adiuta activitas. n. caloris plus potest vincere, quā potest resist fralis caloris eiusdem speciei relicta viribus resistivis, adiuta ab activitate; quia n possit plus, quā ipsa ac tivit.e adiuta: etenim si resist.a caloris n impelleretur activit.e robusta eiusdem, neqȝ subtus intraret, neqȝ ab illo ctrarium, qd resistit, deturbaret, nisi forte caetera paria forent. unde n infert resist. caloris mai.e ee qua resist.a frigiditatis.

S.o 5

V. actio provenire debeat semper a pport.e maioris inaequalitatis.

Sensus e, an agens, ut agat in ctrarium, vere debeat act. mai. frali illius resist.a, l n, sed agere possit, quia resist ctrarij maior sit, quā activitas agentis: nā si priori mo se habeat agens, dum operat, actio proveniet a pport.e maioris

inaequalitatis: si vero posteriori modo; a proportione minoris.

Valles controversia 44 ad Tyrones. Burlaeus. 3. phys. Peramatius lib. de elementis c. 14. Vanek. 1. de generatione c. 6. q. 3. sectione 5. et Toletus ibidem q. 13. et 15. tuentur actionem provenire posse a proportione minoris inaequalitatis, quam sententiam tamquam probabilissimam defendit Coron. 1. de generatione q. 2. a. 2. At Venetus in summa de generatione c. 25. Saxonia hic q. 16. a. 3. Marsil. q. 19. Niphus. q. 3. Rub. c. 9. q. 3. Murcia disp. 4. q. 5. Suar. disp. 18 metaphysicae s. 9. Hurtado disp. 9. phys. sectione 11. Matamoros lib. 3. selectarum disp. 3. tt. 2. Bacon. Conimbricenses, et multi alij contrarium docent existimantes actionem debere semper provenire a proportione maioris inaequalitatis.

Ultima haec opinio non solum communis est, et vera, sed doctrinae Aristotelis valde conformis, tum 4. de generatione animal. c. 3. tum lib. 7. phys. c. 5. nec parum roborat ex eo quod in Philosophicum axioma iam abierit, ut notat Suar. supra citatus, dictum illud, actio debet procedere a proportione maioris inaequalitatis, quamvis nonnulli exponant de actione inter qualitates eiusdem speciei, ut Conimbricenses observant. 1. de generatione c. 9. q. 3. a. 4.

Verum de qualitatibus etiam contrarijs, quae diversae speciei sunt, dictum illud esse retinendum probatur 1°, quia quando calor agit in frigiditatem resistentem producit aliquem calorem in subiecto contraria conatum, et reluctantia frigiditatis; ergo resistentia huius superata est, et conatus victus: tenet consequentia; quia tunc resistentia vincitur ab activitate agentis, quando hoc illam corrumpit, et demolitur, atque operationem subiecto imprimit, quam sufficiat resistentia impedire. Itaque si quando agens in contrarium agit, superat per contrarij gradum resistentiam, actio procedit a proportione maioris inaequalitatis.

Probatur 2°, quia si tanta esset contrarij resistentia, quanta agentis

activitas, non daret actio agentis in contrarium; ergo a fortiori neque dabitur, si minor sit activitas, quam resistentia. atque ideo semper debet convenire actio a proportione maioris inaequalitatis. Antecedens ostendit, quia si tanta est resistentia, quanta agentis activitas, ergo [resist] quantumvis hac totum suum conatum applicet, non superabit contrarij resistentiam, atque ideo neque in illud aget, cum eo ipso quod agat, vincat; nam vincere superare est. Deinde, quia tanta est resistentia contrarij, quanta agentis activitas; ergo resistentia impediet totum, quod agens sua activitate potest, ac proinde nihil producet durante tali resistentia. consequentiam ostendo, quia si non impedit totum (cum tamen resistat, quantum potest) sed ab impetu activitatis oppressa ex parte cedit, et praebet locum operationi ex parte saltem superatur conatus, et illius resistentia ab activitate agentis et consequenter activitas ex parte est maior, et actio procedit a proportione maioris inaequalitatis; siquidem tunc dicitur maior virtus agentis resistentia contrarij, quando ab hac non potest illa impediri quin agat. Confirmatur quia ut agens in contrarium agat, debet illud vincere, saltem ex parte; at victoria a potentiori est, et fortiori. ergo actio semper est a maiori activitate, quam contrarij resistentia.

Probatur 3 experientia, potentia enim motrix si exigua sit, et debilis, levare non potest pondus, si maximum sit, cuius nulla alia ratio esse potest, nisi quia maior est ponderis resistentia, quam potentiae motricis activitas. ergo ad hoc ut potentia agat, debet esse maior activitas, quam resistentia; secus posset qualibet potentia, quantumvis exigua, et debilis quodlibet maximum pondus levare, et musca suo impetu navim movere, in quam impingit. Audiatur vero Philosophus loco citato 5.a ex 7 physicorum. Sicuti non quaelibet virtus motrix cuiusvis ponderis repugnat, ita neque quamlibet virtutem

alteratricem cuiusvis subiecti resistentiam vincere, aut ipsam alterare —
benda quod est ratio maioris proportionis, ne aliàs a qualibet activitate
actio provenire possit in quamcumque resistentiam. Deinde patet quod quo minor
fuerit activitatis excessus supra resistentiam, eo remissior, ac tardior
erit actio; quod si nullus fuerit excessus, nulla procedet actio.
Quod si petas, an excessus debeat esse determinatus, respondeo negative: quilibet sufficit.

Contra hactenus dicta obstat nihilominus 1. experientia. minima
enim guttula ferro candenti iniecta illud refrigerat saltem tantum
aliquid: stilla saxum durissimum excavat assidue cadendo, et quod
plus est formicae tenuissimis suis pediculis, et blandis gressibus
silices terunt, atque consumunt, ut Plinius refert lib. 11. naturalis
historiae. c. 30. ubi haec habet. Silices itinere earum attritos vi-
demus, et in opere semitam factam, nequis dubitet, qualibet
et in re quid possit quantulacumque assiduitas: et tamen incredi-
bile apparet, quod maior sit activitas guttulae ..., et for-
micarum resistentia ferri candentis, saxi, et silicis; ergo actio pro-
venire potest a proportione minoris inaequalitatis.

Respondeo in omnibus his eventibus semper esse maiorem activitatem agentis,
quam patientis resistentiam, ut constabit ex dicendis ad singulas ex-
perientias; etenim cum aqua magis resistiva sit, et activa quam calor re-
sistivus, particula illa caloris extincta in ferro non tantum po-
tuit resistere, quantum aquae guttula se ipsa potuit praestare, quare
ab aqua oppressa discessit. stilla autem non prima guttula cadente
saxum durissimum incavat; sed prima humectat aliquantulum, aliquamque
mollitiem imprimit; secunda magis humectat, et maiorem imprimit
mollitiem, donec assiduitate pluvium ita saxum disponit, adeo molle
reddit, ut facili impugnatione particulam patiatur avelli, quam levi

ictu gutta decidens excutit; nam iam maior est vis activa guttulæ resistentia partæ excussæ. Deinde ministerio, et ope antecedentium guttularum, et denuo advenientium disponit, et frangit resistentiam lapidis, quæ dum minor est quam advenientis guttæ activitas, aliam saxi partem extrahit, et sic diuturno tempore tandem vel durissima saxa excavant. Eleganter tradidit doctissimus Themistius 7. phys. cuius verba sunt: Neque si lapidem multa stillicidia etc., necesse est singulis stillicidiis separatim sua ramenta rëant; neque enim semper ad discretionem potentiarum subtæ magnitudines dissecant, sed nonnulla quoque potentia sunt, quæ illas quasi transcursu praeterea non dividendo, secandove, sed ita afficiendo et præparando, ut secari, et dividi aliquando possint — hactenus Themistius in paraphrasi ad dictum librum.

Non aliter solves, quod Plinius de formicis refert, illas non diuturno pedum conatu, et onerum (ut aiunt Ximbus) quæ vehunt silices non nihil comminuunt, et sæpius, ac sæpius repetito nixu per localem motum sensim tenuissimos avocant atomos, tandemque divellunt, cum iam resistentia tenuissimarum particularum quasi continua impugnatione confracta reddatur minor, ita ut facile ab activitate formicularum vincatur; propterea dixit Galenus a Valles relatus lib. 1. controversiarum medicarum c. 5. quod contra quamcumque magnam resistentiam exigua res, si duret, evadet victrix, et eam destruit, neque prius destruet, quam vincat, et maior sit, quia actio non datur, donec detur proportio maioris inæqualitatis, a qua provenit.

Obiic. 2°. Sic se habet virtus activa ad resistivam, sicut resistiva ad activam; sed resistiva quantumcumque debilissima retardat aliquantulum actus virtutis activæ maioris; ergo similiter quæcumque virtus activa quamvis debilis aget aliquantulum in

resistentia quamvis magna; quia contrariorum eadem est ratio, et disciplina: ita arguitur Coronado. Respondetur tamen concedendo maiorem et distinguendo minorem; quaecumque resistentia, etiam, quae non superetur adaequate, sed semper aliquid duntaxat, retardat aliquantulum actionem, concedo; quae non vincat adaequate nego. Distingo etiam consequentiam; si ex parte saltem vincat, et superet resistentiam, concedo; si neque ex toto, neque ex parte superet, nego. Sicut enim nihil retardaret potentia ex suo genere resistiva, si tanta esset agentis activitas, ut non, et ex integro ab illa vinceretur, sic nihil ageret potentia activa, si ex integro a resistiva superetur; quae ut aliquantulum retardet, aliquantulum tunc debet vincere (quia etiam ex parte vincat, et quasi vulneret) et ut agens aliquantulum in magna resistentia agat, illam debet aliquantulum vincere, et superare quia tunc ex parte superet in ordine ad ulteriores partis productionem.

Sect. 6.

V. agentia, dum in contrarium agunt, ab illo repatiantur?

Dilectissime Murcia explicat tres terminos, actio, reactio, passio, repassio; ait enim actionem illam dici, qua fortius agens agit; reactionem vero illam, qua debilius in fortius, a quo patitur, reagit. passionem dicit illam, qua contrarium debilius a fortiori patitur: repassionem vero, qua fortius a debiliori vicissim patitur, dum agit. est ergo quaestio, an dum unum contrarium in aliud agit, detur inter utrumque actio reciproca, seu actio, et reactio, passio, et repassio; ita ut calidum v. g. agat in frigidum; et vicissim a frigido repatiatur secundum eandem subiecti partem?

Est tamen advertendum, quod si agens propter vehementem activitatem

gradu contineat intra suam sphaeram, vel non contineat intra sphaeram contrarii patientis, nequaquam dabitur reactio, ut manifestum est, nequit enim agens a contrario, intra cuius sphaeram non continetur repati. Deinde si materia non esset communis, et calor v. g. esset in materia incapaci frigiditatis, quamvis calidum ageret in frigidum, intra illiusque contineretur sphaeram, non repateretur. tandem si agentis resistentia maior esset activitate contrarii patientis, nequaquam inferret ratio superius dicta: quare ut ratio procedat, agens, et patiens debent communicare in materia, mutuo superari resistentias proportionales ab activitatibus, et intra proprias sphaeras contineri.

Quo posito Richardus Suiset, cui nomen calculatoris a via fere arata, subtilia quidem, maiori ex parte ad calculationes et proportiones reducit; tractatu 7. de reactione. Maior in 1. dist. aliique Nominales negant reactionem patientis in agens; e contra illam admittunt D. Thomas 1. de generatione lect. 20. Vañez c. 6. q. 3. ... lib. 3. de causis symptomatum c. 2. Zimbas ... q. ... Cluv. ibidem q. 9. Hurtia disp. 4. q. 6. et apud illum Sa...nia Marsil. Venetus, et Tolet. quos iuniores communiter sequuntur.

Ultima haec opinio verissima est, et docet expresse Aristoteles Lib. 4. de generatione anim. c. 3. ubi sic habet. Omne agens patitur etiam a patiente, ut quod secat, hebetatur ab eo, quod secat; quod calescit, refrigeratur a calescente — Eamdem doctrinam tradit ... c. 4. et 3. phys. c. 2.

Probatur deinde aperta experientia 1°. Ferrum candens in aquam frigidam iectum illam calefacit, et ab eadem frigescit. 2°. Si aquae calidissimae iniiciatur frigida, utraque tepescit, quia frigida incalescit et calida frigescit amisso pristino rigore. 3. ... ma...

prehensa calefacta a manu liquatur, et manum calefacientem in-
frigidat. 4. dum nutrimur, in alimenta agimus, sed ab eisdem
patimur, unde saepe morbis et pravae humorum affectiones,
suntque huiusmodi experientiae sine numero, in quibus idem subiectum
agens a patiente patitur; ergo datur actio, et reactio inter contraria.

Hoc idem ratione probatur, nam eo tempore, quo calidum agit in fri-
gidum, frigidum habet intra suam sphaeram (suppositio hoc) calidum,
superatque illius resistentiam formalem, nam minus quam calidum superat
formalem frigidi resistentiam; ergo frigidum aget in calidum, per quod non
stabit? imo contingit aliquando, quod plus patiatur agens, quam agat.
interdum etiam ita fit, verba sunt Aris. lib. 4. de generatione anim. c. 3. ut
quod agit, magis patiatur, quam agat, et refrigeretur, quod calefacit,
et calescat, quod frigefacit. — Confirmari potest nostra, et communis doctrina
ex eo quod iam habeatur tanquam Philosophicum axioma frequens illa,
et communis locutio agens aliquando repatitur a suo contrario, esto non nulli
sinistre explicent.

Neque contra hoc est, quod ait Aris. 2° de partibus anim. c. 2,
nempe ignem nunquam esse frigidum, cuius oppositum videtur colligi
ex repassione, quam tuemur: si enim agens dum agit, a contrario
patitur, ignis a frigido frigiditatem patietur, et per illam re-
ceptam fiet frigidus. non inquam, est contra, quia solum ostendit nun-
quam habere tantam frigiditatem, ut possit tactu discerni; vel, quod
si ignis, dum repatitur, aliquam frigiditatem concipit, non dicitur absolute
frigidus, quia in hoc vel maxime verum habet axioma ex eodem Aris.
6. phys. desumptum. a maiori fieri debet denominatio. cui
accedit, quod ignis plus agit citius, quam patitur, quia robustius
est, atque ideo cito contrarium extinguit, et se ad nativum ca-
lorem reducit.

Quod si replices impossibile esse, quod agens contrarium vincat, et ab eodem vincatur, atque mutua inter utrumque intercedat victoria, respondendum erit non esse impossibile, quod agens secundum aliquam partem qualitatis vincat, et secundum aliam vincatur. Et sit impossibile secundum eandem simul vincat, et vincatur in actu 2°. Et si iterum replices, quod iam idem virtute eiusdem contrarij erit superius, et inferius siquidem superius est, quod vincit; et quod vincitur, inferius; quare si vincit contrarium, et a contrario vincitur, agens erit superius et inferius virtute eiusdem. Iterum respondendum est nullum esse inconveniens, quod idem sit superius in activitate, et virtute eiusdem in resistentia inferius; atque ideo contingit, quod dum agens vincit resistentiam contrarij, ab eiusdem activitate vincitur resistentia agentis, sicque contingit actio et reactio.

Sect. 7.

Celebre Calculatoris argumentum.

Si daretur inter contraria actio, et repassio secundum eandem partem subiecti, ut alij loquuntur secundum eandem qualitatem, aut contrarietatem) eadem subiecti pars moveret simul motibus contrarijs, et reciperet contraria in gradibus intensis. Ergo cum hoc vi naturali sit impossibile; impossibilis est actio, et reactio inter contraria. Probatur sequela Calculator. Demus agens A. v.g. ignem, qui agat per medium C, puta aërem, in contrarium B. v.g. aquam, si eodem tempore, quo ignis A agit in aquam B, repatitur ab eadem, aër medius simul reciperet calorem, et frigiditatem moveretur atque calefactionis motu et frigefactionis; ergo idem moveretur motibus contrarijs, et qualitates contrarias reciperet in gradu intenso. Probatur antecedens. Quia quando ignis A producit calorem in aqua B. debet producere in aërem medium, nam agerent in remotum non in proximum in

proximum, similiter aqua B ut producat frigidit. in ignem A, producere debet in aerem medium C; ergo eo tempore, quo aqua in ignem agit, et ignis aquam, aër medius recipit calorem, et frigiditatem, calefit; et frigefit.

Quod amplius urgetur; si demus aërem medium habere 4or gradus frigiditatis, et caloris totidem; tunc si eodem tempore producit ignis calorem per aerem in aquam, et per eundem patitur frigiditatem ab aqua, eodem tempore aër calidus ut 4or. et frigidus ut 4or; denuo reciperet calorem aliquem ab igne, aliquamque frigidit. ab aqua, nequit. n. operatio ad extrema venire nisi per medium; ergo haberet sl frigiditatem, et calorem ultra 4tum gradum, et consequenter in gradu intenso. En Calculatoris arietem. ita suum argum Richardus appellabat, cuius arietatione nostram putabat reactionem labefactari.

Multae solutiones, valdeque inter se dissimiles assignatae sunt huic obiectioni, in quibus referendis, et refellendis nolo dimorari, videri possunt aliquae apud Ximbus hic. c. 9. q. 3. a. 5. illa mihi videtur legitima, quae negat sequelam argumenti. ad probationem negandum est antecedens, et illius probatio distinguenda; quando ignis A producit calorem in aquam B, debet producere etiam calorem in aërem medium, si aër medius non habeat iam maiorem calorem, quam in aqua producendus est, concedo. si supponatur iam esse maiorem calorem. nego. ad summum conservaret eos 4or gradus caloris, et deinde produceret aliquid in aqua, quae ut reageret in ignem, non deberet novam frigidit. in aëre producere, siquidem producta reperit in maiori intensione, quam in igne produci debet, sed ad summum conservaret; atque idem in aëre medio conservaret frigiditas ut 4or, et calor ut 4or ab actione, et reactione, quin aliquid ultra 4tum grad. in aere medio reciperet; quare non moveret

motib' contrarijs, neq' qualit. contraria reciperet ultra 4um ...
ex quo et ad illud, quo urgebat.

Sed instari pote; demus, qd in congressu conflictus igni produxerit in aqua 4or gradus caloris, et totidem frigiditatis in igne produxerit aqua per reactionem. Iam perstat in sua vi agendi facileq; ut n. ignis in aqua agat, debet aliqd caloris producere in aëre medio iā calido ut 4or, aliās fortius ageret in remotā aquā, quā in aere proximū, quoniam produceret in aqua ultra 4um gradum caloris, quē habet, et aër relinqueret cum solo calore ut 4or; similiter etiā repateretur eodem tempore ignis ab aqua quae ut frigiditatem ultra 4um gradum ad illud mittat, ultra eundem debet frigiditatem producere in aëre medio; ergo medius aër calorem haberet, et frigiditatem in gradu excellenti ultra 4um.

Casus repugnat vi nali; nunquā n. ignis agit in remotū usq. ad 4um gradum, qn in proximo maior intensio producat; quare dum aqua haberet calorē ut 4or, iā ignis produxisset in aëre ultra quartum gradum, et similiter ab aëre medio remotū fuisset aliqd frigiditatis; qd si ita est, non erit in igne frigiditas ut 4or per repassionem ab aquā, cum haec non transmittat in remotum maiorem intensionem quā in aëre mediū, et proximū.

Instas, demus, qd aqua non ab igne A, sed aliunde calefiat usq. ad 4um gradum, quo aequet aërem medium, et ... accedat agens a quo, ita calefacta est: iā ignis A aget in aqua B, et ab illa patietur, consequenterq. in aëre medio habebit utraq. qualitas contraria in gradu excellenti, qd patet; quia ut ignis A in aqua B agat, debet etiā agere in aërem medium, alias qn maior intensio produceret in aqua remota, quā in aëre proximo. deinde ut ab aqua ignis repatiatur, debet aqua agere in medio aëre denuo producendo, vel antiquā frigiditatem ut 4or

servando, ergo aër medius manebit ad minus cum frigiditate ut 4or, et calore ultra 4or gradus.

Resp. in ea hypothesi ignis acturus in aërem medium, calorem intendendo, et pristinam frigiditatem minuendo, quin aqua sufficiat integros 4or gradus frigiditatis tueri, si non impedire nequit productionem novi caloris in aëre, neque impedire poterit corruptionem frigiditatis in eodem, quare neque servabit 4or gradus, neque in gradu excellenti existent contrariae qualitates in aëre medio: quia ignis repatitur tunc ab aqua, non patietur tantam intensionem frigiditatis, quanta est in aëre medio, sed minorem.

Urgeas, facilius est servare gradus frigiditatis (quos diximus ab aëre expelli) in subiecto, in quo nulla est formalis resistentia, quam illos producere in subiecto cum maxima resistentia: sed aqua producit per reactionem unum gradum frigiditatis in igne maxime resistente; ergo a fortiori poterit tueri unum illum gradum, quem diximus ab aëre expelli, atque ideo manebit integra frigiditas ut 4or in aëre medio cum calore denuo producto ultra 4or gradus antecedentes. Resp. concedendo maiorem, si caetera paria sint (nam si caetera sint imparia, neganda erit, difficilius enim est longo tempore illum gradum conservare, et a contrario expellere conanti defendere, quam cum maxima resistentia producere.) et distinguendo minorem: sed aqua producit unum gradum frigiditatis in igne, etc., cum maiori difficultate, quam conservaret eundem ad breve tempus in subiecto nullam habente formalem resistentiam, concedo minorem; cum eadem, vel minori difficultate nego minorem, vel etiam, quod licet sit facilius tueri in subiecto gradus paucos frigiditatis ad breve tempus, quam illos introducere in subiectum summe calidum, non inde infertur, quod absolute

fieri valeat tempore quovis longiss°, & hoc difficilius sit; sufficit si ad breve tempus protegat, quia postea ab impugnante contrario vincatur resistentia, et agens, quod conservabat, periculo exponat gradum, quem ita non valet fieri.

Dices. in nostra sententia nunquam producet calor ut 8. calidum in aqua, quod est absurdum; sequela probatur, quia si aer calidus ut 8. in aqua agit, ab eadem patitur frigiditas, aliquid caloris eo tempore actionis, et reactionis corrumpitur; et ideo cum calor, qui corrumpitur, non producat, nequaquam producet calor ut 8.. Respondeo concedendo illationem in casibus illis, in quibus calidum ut 8° repatitur, negamus tamen esse absurdum.

Replicat Burleus 3. phys. vel agens, et reagens sunt aequalis activitatis, vel inequalis? si aequalis, neutrum in aliud aget, quia cum actio debeat provenire a proportione maioris activitatis, nulla activitas earum est maior, a nulla proveniet actio et sic nec agens aget, nec patiens reaget. si vero sunt inequalis activitatis, id cuius fuerit maior, aget; cuius fuerit minor, non aget; quia aliàs proveniret actio a proportione minoris activitatis: unde dabitur actio a magis activo in minus, sed non reactio a minus activo in magis activum. Respondeo quod sive sint aequalis, sive inequalis activitatis; dari potest reciproca actio; quia posito activitas unius sit maior activitate alterius; resistentia tamen eiusdem erit minor, et ideo poterit minus activum in magis activum, sed minus resistivum agere; cum autem dicimus actionem provenire a proportione maioris activitatis, supponimus activitatem et resistentiam formali, non activitate, sed activitate. quare si minus activum reageret in magis activum, reactio proveniret a proportione maioris activitatis, quia minor illa activitas maior est, quia

reste, in qua agit.

Q. 19.

De Nutritione, et Augmentatione.

S. 1.

Quid Nutritio, Augmentatio, et Diminutio sit?

Nutritio, quae et aggeneratio dici solet, nonnunquam latè accipitur; nonnunquam stricte; illo pacto usurpatur quo quis acquirit novae substantiae, sive per conversionem substantiae in substantiam nutriti absque ullo discrimine accipitur: intra quam nutritionis latitudinem comprehenduntur non solum viventium sensibilium nutritiones, sed etiam actiones illae quibus ignis fovetur, et planta: ille oleum, et ellychnium in se convertens; ista succum et terram, quamvis non contingat huius generis nutritio per intus sumptionem, sed per iuxtapositionem.

Circumcidenda est haec nutritionis ampla latitudo, si nomen nutritio pressè accipiendum sit, et prout praesenti instituto deservit, hic n. non de cuiuscunque compositi nutrimento, sed de illo, quod per intus sumptionem contingit, et est proprium viventium, quae hausto cibo et intra se recepto, in illum agunt, variesque disponunt potentiis vitalibus interventu donec tandem decoctum in propriam substantiam transmutant.

Hanc strictam nutritionem recte definies, si dicas esse mutationem

seu act⁹, qua vivens novas p^tes substales comparat, additasq. prae-
existentibus; cuius def^o rectitudo n minuit^r ex eo, q^d con-
stare possit, quod in m^a cibi, quae in alitum convertit, n
praeextitisset f^ra; aut si praeextitisset, n destrueret: n in-
minuit^r, q^a l^t de facto ita contingat, q^d nutritio circa m^a
sit, in qua praeextitit f^ra, quam destruit, et in nutriti
f^ram convertitur: tn neutrum ex his e de conceptu nutritionis,
negq. n. ex se petit ee conversionem compositi substalis in re
nutritam: sive n. praeextiterit f^ra cibi in m^a, sive n,
sive destruat^r, sive n, dummodo vivens suam f^ram in illa
inducat, acquiratq. novas p^tes substales efficiendo proprias quae
proprie n erant, dabitur nutritio, n tn rigorosa conversio
alimenti in alitum.

Augmentatio, sive accretio laxiori nonnunquam signi-
ficatu, nonnunquam etiam stricto solet usurpari. priori mo-
nunc accipit^r, p^{do} pro quavis act^e, qua res crescit, maiorq. fit,
quam antea erat, qua r^e dr augment^o illa r^o, qua ignis
comparat augmentum accessione, et m^ae apposit^e; ~~per tam~~ qua corporea, et
spirituales qualit^s quoad intens^e augent^r, et per ill denique illa, q^a
viventia in maiorem molem substalem porriguntur. quis ult^e, et [illegible]
act^s n incongrue dici possent augment^a substales, reliqua 2^i
gnis accidentales.

Presse accipit^r augment^o p acquisitione maioris quantitatis, de-
finiturq. mutatio, seu actio a minori ad maiorem quantitatem
def^o e optima, si n sinistre intelligatur (et colligitur ex [illegible]
5. phys. t^a 28) n. n. ita intellig^{da} e, ut maior quantitas
debeat ee illa, q^a denuo acquiritur, quam illa, q^a praefuerat,
sd ita ut illa, q^a praecesserat, minor sit, quam ea, q^a ex [illegible]

antiqua, et novo augmento resultat, quo res ad augmentatur, quod maior portio denuo acquirat, quam corrupta dissolvit esto, non sit maior, quam antiqua; sicut nam si quantitati duarum ulnarum duos palmos addas, quantitas recipit augmentum, et, si unicum palmum ex antiqua dissolvas, dum recentes duos religas, licet non sint duo palmi tanta magnitudo, quanta erat quantitas praeexistens duarum ulnarum: quod si tanta quantitas, et non maior, acquiratur, quanta corrumpitur, actio illa, seu mutatio non erit augmentum, ex quo sit actioni, quae tendit ad novas partes quantitatis comparandas accidentale, et extrinsecum esse, quod augmentum sit, siquidem accidentale, et extrinsecum est, quod maior portio aliunde dissolvatur, aut non dissolvatur.

Diminutio est mutatio a maiori ad minus quantum: quando enim plures partes dimittuntur, quam comparantur, tunc datur diminutio; dicitur autem mutatio, non quia quid positivum sit, sed quia res aliter se habet, ac ante illa se habebat; siquidem ante se habebat plures partes, quam post diminutionem se habet; quam nos diximus corruptionem esse mutationem negativam totius, in non totum: sed adverte, quod eadem corruptio partium indifferens est ex se ut diminutio sit, et ut non sit; quia eadem corruptio, si aliunde non comparentur plures partes erit diminutio, si autem plures acquirantur, quam corrumpantur, non erit diminutio, sed mera corruptio, quae igitur extra conceptum corruptionis est, quod diminutio sit.

Tandem adverte, quod sicut augmentum latius potest usurpari, ita et diminutio; imo cum diminutio sit opposita augmento, eadem amplitudine usurpari potest, qua augmentum: atque ita iactura plurium partium intensionis tam spiritualis, quam corporeae, virtutis, ubicationis etc. dicitur diminutio, sicut earumdem rerum comparatio plurium partium dicitur augmentum,

presse autem, et quod ad præsens spectat institutum, diminutio so' versat circa quantitatem, sicut et augmentum

S.° 2.

Quo pacto inter se differant, Nutritio, Augm.°, et Diminutio.

De distinctione diminutionis a duabus aliis mutationibus plusquam facilis est resolutio, nam cum sit quid negativum, nutritio vero, et augmentum quid positivum non solum realiter, sed specie, et genere distinguitur diminutio a nutritione, et augmento; quodlibet enim negativum ens realiter differt a quolibet positivo, cum impossibile sit inter utrumque identitas. inter se differunt specie, et genere, quia in nullo conceptu specifico, aut generico convenire possunt; alias dari posset conceptus communis enti positivo, et negativo, atque ideo duobus extremis contradictorijs.

Præcipua difficultas est circa distinctionem nutritionis ab augmento præcepta; qua in re Albert. et Sax.a hic q. 9. Marsil. ibid. q. 10. et nulli alij cum Valles 2. lib. controvers. c. 29 dicunt nutritionem, et augmentum non differre realiter, sed esse invicem identificata; cuius oppositum docet communis sententia, Dimb., Ruv. Tolet. Coron. Murtia. Pereira ex antiquioribus Apollinaris. Paul Venet. Janduen. Albert. et ... cum Aris.e c. 5. huius lib. t. 41.

Ratio huius sententiæ quam probamus est, quia illa actiones differunt quæ tendunt ad entia realiter distincta: ita se habent nutritio, et augmentum; ergo realiter differunt. minor ostenditur; quia augmentum tendit ad quantitatem solam, nutritio ad substantiam: sed substantia et quantitas realiter differunt, ut constat ex physicis. ergo ...

nutritio trans ad entia realiter distincta. Cfr, quia illa realiter differunt, quae inveniri possit separata, hoc e, quorum pote unum existere, non existente alio: sed nutritio pote inveniri absque augm.e qua tali, ut sitat, quando quis nutrit., sed non auget, quia non plures partes separat, quam amittit; ergo. Hac cfr.o non so. 1o. vet vim in ea opinione, quae substam distinguit realiter a quantit.e verum etiam in illa, quae realiter identificat; nam ad nutriendum sufficit, quod nova partes in alitum overtant.: ad augendum autem etiam substaliter, amplius requir. nimirum, quod aliunde non plures dimitiant ex probabitur, quam ex non habitur acquirunt; ergo etiam si quantitas eet realiter substa. nutritio distingueret realiter ab augm.e qua tali.

Hoc unum notare libet argum superius plus probare, quam ofrat., siquidem probat realem dist.em non so. inter nutrit.em et augment.em qua tales ss, sed etiam inter illas act.s, quae nutritio, et augm.o dicunt. at cfr.o dumtaxat probat nutrit.em, et augm.em qua tales realiter distingui, ut distinguunt. 1a pro-ductio, et oservatio qua tales; non autem probat ex vi sua, quod entit.s ipsa quae nutritio, et augm.o dicunt realiter distinguant. unico verbo dixero: argum ovincit dist.em realem inter rect. illarum mutationum; cfr.o dist.em inter obliquum.

Non so. putamus n.i, quod distinguant realiter, sed etiam, quod essa. et spe. distinguant.: ro huius; quia illae act.s spe, et essa. differunt, quae ad entia trans. essaliter et spe diversa: sed nutritio trat. ad substam, quae spe differt a quantit.e, ad quam trat augm.o; ergo hec differt essaliter a nutrit.e.

Petat tn aliquis, qua roe differant, dicta mutat. a gener.e viventis? Certè si cparatio fiat inter generat. ex una p.te, et diminut., l augm. ex alia, perspicuum dictis e re, et spe differre; re quidem, q.a tri distinguunt realiter; nam quantitas, q. e tris augm., realiter differt a vivente, qd e tris generat.: diminutio etm, quæ carentia realiter distincta ab act.e generativa, q. qd positivum e: si cparatio inter generat. fiat, et nutrit. eiusdem viventis, major difficultas erit; nihilominus tn vid. apertum distingui inter se realiter; nam generatio trat ad entit. viventis, nutritio v.o ad novam postea advenientem; g. distinguunt realiter, st et tri, ad quos ss.

Murtia, et alij dist. essalem addiderunt, q.a in boe. vig. nutritio claudit act. tratam ad unionem aiæ ralis c p.te mæ, et aliam insuper tratam ad stinuativam mæ geniti c mæ alim.ti generatio v.o so claudit act., qua producit unio aiæ ralis c mæ: cum autem actio trata ad producendam indile stinuatione mæ sit essaliter distincta ab act.e trata ad producendam unionem infrationis aiæ cum mæ alimenti, infert Murtia nutrit. m illius act.s spe distingui a generat.e.

Hoc n obstante aliqui negant essalem dist., quam Murtia pbat. n vacat eius fundam.ta expendere: so placet ponderare, qd nutritio ex se n petat qd mæ alim.ti uniat demum mæ aliti, et cunter neqß ex se petit novam stinuativam act., sd per accens ex supp.e, qd re ipsa pars mæ alim.ti divisa sit a mæ aliti: qd sic pbo. nam si demus mam alim.ti stinuatam ee c mæ viventis, aget vivens in p.tem fra alim.ti infratam, disponetqß succesive, donec tandem corrupta alim.ti

pra, in ppriã overtat substã; sd tunc clabit denuo nutritio absqȝ act^e trata ad pducendã denuo stimuativã materiei ; q nutritio ex se n petit eiusmi act^s denuo, sd per accen ex eo, qd supponant divisa pte mã alim^ti a mã aliti. quare n arguenda e essalis dist^o inter nutrit^s sm ppria sceptũ quidditativũ inspectã, et generat^s.

Qd si dixeris adhuc claudi a nutrit^e act^s illã, lt n postulet, qd denuo sit, dicã eqȝ etã postulari ad generat^s viventis act^s tratã ad mã ultra illã, quae trat ad unionẽ informationis. lt n petat, qd denuo sit; atqȝ ideo c in act^e ad mã trata claudant act^s trata ad stimuativa, n bebit nutritio actionẽ aliquã in spẽ, quã n claudat generatio, et eventer nihil bebit nutritio, per qd essaliter a generat^e distinguat^s.

Ocludo q opin^s Murtiae mihi n pbari, q eodẽ pacto pertinet ad sceptũ generationis actio ad mã, quo ad nutritionẽ spectat actio ad stimuativũ, et ad pte mã alim^ti. quare si ponat de sceptu nutritionis actio ad stimuativũ, et ad mã pte, etã ponenda erit de sceptu generat^s actio ad mã. Qd si n ponit de sceptu generat^s actio ad mã, neqȝ ponenda erit de sceptu nutritionis actio ad stimuativũ, l. ad pte mã, sd sola actio ad uni^s c nova pte mã, atqȝ ideo vio aequales erunt in spẽ nutritio, et generatio, c nullã act^s in spẽ una claudat, quã n claudat ab alia.

Hac intelligda ss, q idẽ vivũ in spẽ generat, et nutrit, nã si diversũ vivũ in spẽ generet, et diversũ nutriat ut frequenter stingit, nutritio, et gener^o spẽ differentis. n pcise q gener^o, et nutritio, sd q talis gener^o speciatus,

et talis nutritio est. Ad argum Nutritiæ ex dictis constat.

§. 3.

An Nutritio, et Augm° successivè, et continuè exerceant?

Sunt, qui ad morulas recurrant ijs silis, quæ ss a nobis impugnatæ, cum de continuat.e alterationis agebamus; asserunt .n. prius disponi p.tem minimam alim.ti, deinde in instanti illam exerceri nutrit.em; postmodum alterari aliam p.tem alim.ti in morula temporis, et instanti subsequenti dari nutrit.em, l augm.m, atque sic deinceps cum proportione per quasdam morulas disponi p.tes in momentis exerceri nutrit.em, l augm.m, quibusdam interiectis temporis intervallis. ita probant Sonzina, et Niphus 8. Phys. Pomponasius lib. 1. de nutrit.e, et augm.e c. 9. Alb. Mag. 1. de g.e t.u 23. ibidem Ferrara. q. 6. Ægid. 1. de g.e q. 27. Astudilo. q. et 16. alijque nonnulli.

1. difficultas. si a Deo poneret actum voluntatis in aia haec n amaret obm; neque illud intelligeret, si absque aia concursu efficiente Deus in illa intellect. collocaret. tenet a parte contra. arg. multipliciter probat contraria sent. 1o quia secus amaret aia rem n cognitam, qd est impossibile, nihil n volitum, quin praecognitum. 2o, quia vel amaret libere, vel nario. neutrum; quia n amaret. minor prob., quoad priorem part., quia ad hoc ut libere p illum act. amaret, deberet ad illum concurrere effective, et n mere passive se habere. quoad posteriorem etiam, quia ois amor est voluntarius, et qd tale est, n est narium. praeterquam qd nullus amor coactus est: illud vero qd est narium coactum est; illa amor n esset narius. 3o. quia amare est vivere, et vivere est se movere ab intrinseco; sed aia tunc n se moveret ab intrinseco; quia n amaret.

R. negando ans, eo ipso, qd actum volunt. reciperet in aia hac denominaret amans; quia ad hoc concretum solum requiritur qd subiectum habeat actum amoris in se receptum. ad 1m prob. concede tunc ferri volunt. in obm n cognitum, nega tn id ee impossibile; nam oino nihil volitum, quin praecognitum, solum reservat cum cursu ordinario, et nali, qua fieri nequit ut obm aliqd amet, qd n

cognoscit. Ad 2um ille amor est necessarius, inde non infert q. voluntarius non sit, i. potens reddere subiectum volentem (quod inferat qd liber non sit) q.a eiusmodi acceptio voluntarij non importat necessario libertatem, ut iam observavi. ad illud, qd addit, negamus esse illud coactum esse, qd necessarium est. amor beatificus necessarius est, non tamen coactus, nisi forte coactionis noe necessitatem, et libertatis defectum intelligas. Ad 3am Rx, amare esse vivere non active (attento conceptu formali huius denominationis amare) sed passive: vivere vero active affert, qd vitale prius se moveat ab intrinseco.

2a. potest contingere, qd detur adaequata forma denominationis in subiecto, et tamen hoc non denominet ob alicuius conditionis, vel requisiti defectum. q. stare poterit, qd intellectio sit adaequata forma denominationis intelligentis, et qd in subiecto sit, quin tribuat denominationem actionis a potentia vitali. arguitur conantur ostendere exemplis similibus. 1o. posita actione in tempore producto, illud denominat productum in 1o instanti, et non denominat conservatum, et tempore sequenti denominat conservatum, sed non 1o productum cum tamen forma adaequata denominationis 1o producti, et conservati sit illa actio; q. 2o tota relationis forma datur in subiecto deficiente termino, nec tamen illud refert, aut denominat relatum, usque dum adest terminus. 3o Existentia in 1o instanti non denominat rem durantem, denominat non immediate post, qd nullo alio ex capite provenit, nisi quia in 1o instanti deficit requisitum. 4o. Curvitas in virga non denominat eam simam, cum tamen denominet nasum simum, q.a in naso habet omnia requisita ad illam denominationem, non in virga. 5o. Gratia sanctificans est forma denominans filios adoptivos, et tamen non denominat Christum Dominum filium adoptivum, quamvis in illo sit.

Rx negando ans. ad probationem negamus in illis exemplis assignari formam adaequatam, q. secundo denominationes deficiunt. percurramus singula. Primus non denominat 1o productum praecise ab actione illa, quae re-

cipit ee in 1° instanti, sed ab illa bet, qd productus sit; qd cum id 1° beat accipit a negat. existe in tempore antecedenti; claudit itaq 1a productio, qua talis, utrumq in suo conceptu, et n. dat ee tro, et qd trus ante n. fuerit: atq ideo entitas actionis n. e adequata forma denominationis 1° producti; sed neq e adequata forma conservatio: na conservatio dicit duo formalia, videlicet qd det ee effui, et qd effus antea fuerit; nihil q mirum si in 1° instanti n. denominet trum conservatum, cum desit tunc inadaequata forma conservationis; seu in tempore sequente inadaequata 1e productionis, qua talis.

Ad 2m negamus, qd deficiente tro det adaequata forma relationis, secus danda eet denominatio relati, n. minus quam denominatio intelligentis posita intellect. in subto. Deficit q compartialis forma, modo dicat trus forma in recto adducta, ut aliq opinati sumus ee verum, modo in obliquo, sicut albedo importat ab albo, neq n. capere possum eorum sent., qui adaequatam formam referendi admittunt in subto deficiente tro, quae tanquam meram conditionem admittunt, et adhuc negant subm referri, et denominari relatum. Ad 3m dixi 4° phys existe rei permanentis n. ee adaequatam formam durationis, atq ideo mirum n. e, si in 1° instanti sui esse n. denominet subtum durans.

Ad 4m Dl ita ee, qd curvitas n. denominat virga simam, denominat autem nasum, q curvitas n. e adaequata forma denominationis simi, sed curvi; na simitas duo dicit in suo conceptu et qd det curvitas in subto, et qd subtum sit nasus. Ad 5m Gratia santificans e adaequata forma justificat., et sanctif., ut statuit Trid., sed n. e adaequata forma filiationis adoptivae; ad hanc n. denominand. duo concurrunt tanquam partiales formae unam adaequatam constituentia: 1m qd gratia sanctificans in persona rali sit. 2m, qd eiusmi persona extranea sit rui adoptantis, cum autem Xrus Dnus n. fuerit extraneus persona. Diae gratia conferenti n. fuit rui illius filius adoptivus, deficiente cond.

Grã. sed de hac re pertractandum erit .3.ª p.te si Deus ad illum hunc cõvenire iusserit.

3.ª diff.as Creatum intelligere et dicere, seu verbum proferre; in impole. et subtum denominari dicens, seu verbum proferens absque act. propria ipsius dicentis, et proferentis; ergo impole. et creaturam aliquam denominari intelligentem absque act. in ipsa intellect.ᵘ. Dx neg. maior., sic intellectam, ut sit fraliter idem dicere, et intelligere, licet mentaliter dicere claudat intelligere. ut tn̄ e s.ª haec. n. S. Thomas s. praecedenti citatus hoc docuit, dum asseruit intelligere importare solam formam in subto: dicere et addere productionem, seu originis, ut ipse aiebat.

4.ª Videtur haec sent.ª contraria Tridentino, nam sess. 6. de iustif. canone. 4. Siquis dixerit liberum hoīs arbitrium a Deo motum, et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, sed veluti inanime quidquam nihil oīo agere mereque passive se habere anathema sit. Sed certe hoc non est ad rem, nam Concilium solū ostendit adstruere, quod illius temporis haeretici negabant, in iustif.ᵉ arbitrium non se habere mere passive, nec illum, sed active concurrere libere efficiendo actus, quib. sibi ad gratiam recipiendam disponit. Utrum autem si Deus actus vitales produceret in subto vitali absque concursu quo eet subtum denominandum amans, et intelligens, aut non; nec Concilium affirmat, neque negat, sed contra Haereticos libertatem adstruit contra dispositionem ad iustificationem.

Sect. 8. An constitui possit actus vitalis in alieno subto?

Per alieni, seu extranei subti, illud intelligit, quod neque ad actum vitalem dicit ordinem, neque capax est denominationis formalis, quam actio praestat [illegible] suo. tales indicant [illegible] lapidemque [illegible] intellect.

poq auditivq vel visionis, visivq vel auditionis, q neqȝ lapis dici valeat receptivus ad intellectionem, neqȝ capax ut denominetur intelligens, qui est effectus formalis intellectus, et neqȝ auditiva potentia valeat dicit receptivus ad actum visionis, aut apta est recipere denominatum visionis. Est q an intellectio ostitui possit divina potentia (nam per potentiam naturalem non posse concedunt omnes) in lapide, aut aliis subiectis vitae incapacibus et effectu formali intelligentis, et idem est de actu visionis, etc.

Non dubitant, qui generalem illam obedientialem potentiam receptivam, seu passivam, de qua 1º phys. late tractavi, admiserunt, et non ipsi frequenter idem sustinent in hac difficultate praesenti secuti P. Hurt. ap. de aia. s. 4. § ... allegantem Gabrielem in 3. d. 13. q. unica. n. 2. atque ideo affirmant quemlibet creatum intellectum (idem est de quovis actu vitali) ostitui posse in lapide, aut in quocumque alio subiecto extraneo. ducunt hoc unico fundamento, q nulla appareat repugnantia, ... geruntque exempla eiusdem difficultatis (quae loco citato physicorum ... nobis radices ...) ut ex illis ad praesentem q accipiant principia.

Nos tamen qui obedientialem potentiam illam negavimus, immo in speciali hanc ostitutionem actus vitalis in lapide, auditionis in visiva potentia etc. Negativam partem tenemur cum illis oib. quos ibi citavi. videantur nunc P. Vaz. 1. p. dp. 40. c. 2. Navarrus ibi. q. 12. a. 3. Rub. et Zuñiga. Ergo rem implicare oio probamus; q subiectum extraneum incapax ... ex se actus vitalis vel cuius extraneum est; q recipi nequit actus vitalis in subiecto extraneo etiam divina potentia: probo cons., q divina potentia effici nequit q subiectum ex se impotens, et incapax actus vitalis illum recipiat; secus esset capax, et non esset illud q supponitur ... q per suam entitatem reciperet, et consequenter per suam entitatem posset recipere, q est non esse incapax. q neqȝ effici potest, q illum recipiat subiectum extraneum, et quod extraneum non esset, si ex se esset subiectum potens recipere actum vitalem.

2. Si intellectio ostitueretur in lapide, lapis intelligeret, et intellectione viveret, q esse impossibile mei adversarii fatentur. probo ... quia, q esse intelligens est habere in se receptam intellectionem ...

in se intellect. recepta; ergo lapis intelligeret. minor, et totum notetur. maior ex praecedentibus constat. et deinde quia concretum intelligens non aliter resolvit, quia per hoc, quod sit habens intellectionem.

Dicunt non sequi lapidem intellecturum, quia ad hoc non sufficit, quod habeat intellectionem, sed requiritur ulterius, quod subiectum sit capax illius denominationis; cum autem lapis incapax sit denominationis intelligentis, licet in se subiectet intellect., non dicetur intelligens. Contra 1°, quia impossibile est, quod aliquod subiectum sit capax formae adaequatae alicuius denominationis, et quod non sit capax talis denominationis: sed adaequata forma denominationis intelligentis est intellectionis, et huius esset capax lapis, cum illam reciperet; ergo capax etiam esset denominationis intelligentis. 2°. idem quod tribuit intellectio animae rationali, tribuit lapidi; sed animae rationali tribuit formaliter, quod sit intelligens, ergo idem tribuit lapidi. maior probatur, quia animae rationali nihil tribuit realiter nisi se ipsam; sed etiam lapidi se ipsam tribuit; ergo.

Dices nihil intellectionem tribuere animae rationali, quod non tribuat lapidi, adhuc tamen lapidem non intelligere, quia intelligat anima, quia est subiectum vivens in actu 1°, quod requiritur ad intelligendum. lapis autem non vivit in actu 1°. Contra sic argumentor. lapis esset vivens in actu 2°; ergo et esset vivens in actu 1° consequentia est evidens ab actu ad posse; secus aliquid viveret, quod non posset vivere: antecedens probatur; quia actu vivere est actu vita affici, et informari: sed lapis actu afficeret, et informaret vita qualis est actus vitalis, si intellectionem reciperet; ergo esset lapis actu vivens. maior ostenditur. nullo alio ex capite corpus substantiale vivit, nisi quia recipit in se vitam substantialem. unde infertur lapidem fore denominandum intelligentem, quandoquidem habet vivere in actu 1°, quod deesse dicebas. Praeterea quia saltem admittendum erit, quod auditum [illegible] posita in illo visione corporea, cum sit subiectum vivens in actu 1°, quod tamen esse absurdum nemo est, qui non videat.

P. Hurt. ideo ait lapidem non denominari intelligentem recepta in illo intellectione; quia intelligens dicit subiectum spirituale, qualis non est lapis. Impugnatur 1°. quia intelligens dicit subiectum spirituale, ideo est, quia nequit intellectio existere in subiecto corporeo; nam si posset, illud denominaret

intelligens; neque denominatio intelligentis importaret aliquid spirituale. 2º quia posset quis vere intelligens dici sine eo, et naturaliter importare subiectum spirituale, non vi ~~entis~~ dictae potentiae extraordinariae, dicta qua intellectio in lapide constitueret. 3º, quia aliter habitus spiritualis recepta intellectione intelligeret. 4º quia haec solutione non vitat, quod lapis denominet videns et audiens per actus vitales visionis, et auditionis receptos in illo siquidem hae denominationes corporeae sunt, nec subiectum spirituale requirunt. neque dicas lapidem non esse perceptivum obiecti, atque ideo non intelligere receptam intellectionem a solo Deo productam: quia solutionem eiusmodi lib. 1. phy. q. 7. s. 11. impugnavi. vide totam.

Ex his constat implicare, quod intellectio, aut quivis alius actus vitalis constituatur in lapide, aut subiecto alio extraneo. atque ideo fieri non posse a Deo, a quo ea sunt absolute possibilia fieri, quae contradictionem non implicant.

Liber 2.

De aia corporea, et illius potentijs.

Q. 1.

De aia vegetativa, et poa nutriente.

Sect. 1.

Sensitivæ, et vegetativæ aiæ defe præmissa discutio, an vegetativu importet ee ab intrico corruptibile.

Semel enucleata aia in coi defe, haud difficile potē ɔfici defo in particulari. etenim si aia in coi el vita substaus, corporis; aia vegetativa erit vegetatrix vita substalis corporis +, q͞ nō minus ɔ exacte, neq͞ minus clare sũt quã, q͞ exhibita fuit ɔ ɔceptu aiæ in coi; quar. neq͞ explicatione eget; neq͞ ɔbatione, suppositis ijs, quæ Lib. 1. dicta ss.

+ sensitiva v͞ vita substalis sensitiva corporis;

So' [illegible] aiæ sensitiva aut vegetativa dupliciter dici posse [illegible] active et passive: active quidē, quatenus ss principia activa substalia sensationis, et vegetationis, eo pacto ss

vegetativæ, et sensitivæ sunt aīæ, quæ tales dicunt. passivæ vero quatenus in se eas operationes recipiunt: hoc posteriori gñe non sunt sensitivæ, et vegetativæ, quia tales dicunt; nam aīa rationalis vegetativa est, et sensitiva, ut libro præcedente docui, nec in se recipit sensationes, aut vegetatione novas partes comparat, cum illius entitas sit indivisibilis, et augmenti incapax.

Oritur modo quædam dubitatio, quam expedire oportet; an vegetativum, et sensitivum ex se importent corruptibilitatem, ita ut implicet aliquod vegetativum aut sensitivum oppositum ab intrinseco incorruptibile; nam quod de facto nullum sensibile, aut vegetabile sit, quod non sit ab intrinseco corruptibile, nemo est, qui dubitet, et continuo oculis docemur interitu: quis videat hoc vegetantium omnium nobilissimum mortale, et caducum, qui de ignobilioribus aliis credat oppositum?

Partem, quæ affirmat vegetativum, et sensitivum ex suo conceptu importare corruptibilitatem iuniores sequuntur non pauci, quibus S. Greg. M. favet, et Abul. alii vero contrarium putant veritati conformius, nimirum vegetativum, et sensitivum ex suo conceptu non importare corruptibilitatem: sed posse esse corporeum sensitivum, aut vegetativum ab intrinseco incorruptibile; quia cum in hoc nulla afferri possit aperta contradictio, æquum est divinæ stare potentiæ.

Hi ultimi nobis placent, quia vera docent, et alibi id a nobis tacta fuisse invenietis. probamus sic rei politicæ: non implicat vegetativum, aut sensitivum omnino corporeum, cuius dispositiones naturales contrariæ essent alimento, a quo ne reageret, dum nutritione tamen alitum vertitur, defenderet qualitas aliqua innata, quæ impediret productionem nocivæ, et corruptivæ qualitatis: sed eiusmodi vegetativum aut sensitivum esset ab intrinseco incorruptibile, siquidem ab intrinseco haberet aliquod corruptionem impediens. ergo non implicat vegetativum, aut sensitivum omnino corporeum ab intrinseco incorruptibile. unde licet inferre vegetativum ex suo conceptu non importare corruptibilitatem ab intrinseco, sed esse indifferens ad corruptibile, et incorruptibile.

Dixi ab intrinseco nam ab extrinseco omnia vegetabilia, et et quæ talia non sunt, corruptibilia sunt; nihil enim creatum est, quod Deus non possit corrumpere, et annihilare: quia tamen hoc non tollit, quod ab intrinseco sit res incorruptibilis

tibilis, ut pt in angelis, qui incorruptibiles ss ab intrinseco, et a Deo nihilominus corrumpi possunt. diximus illud vegetativum futurum incorruptibile ab intrinseco, quia si non implicat dictum vegetativum ab intrinseco incorruptibile, neque implicabit anima corporea vegetativa incorruptibilis ab intrinseco. anima enim illius vegetativi necessario foret incorruptibilis, nam aliter totum ipsum vegetativum esset ab intrinseco corruptibile, ut patet in hac argutatione. illud compositum est ab intrinseco incorruptibile, cuius aliqua pars essentialis est ab intrinseco corruptibilis; sed illius compositi vegetativi aliqua pars essentialis, nempe anima, esset ab intrinseco corruptibilis; ergo et ipsum vegetativum esset ab intrinseco corruptibile.

Ex dictis infero posse esse hominem immortalem ab intrinseco; nam cum difficilius sit vegetativum omnino corporeum esse incorruptibile, quam vegetativum non omnino, sed partim corporeum, qualis est homo; si potest esse vegetativum illud omnino corporeum ab intrinseco incorruptibile, etiam erit potius a fortiori homo ab intrinseco incorruptibilis, seu immortalis.

Sect. 2.

Leves aliquæ dissipantur nebulæ.

Omne vegetativum ex suo conceptu est passibile; ergo omne ex suo conceptu est corruptibile. probo consequentiam; quia nihil incorruptibile est passibile. antecedens ostenditur, quia omne vegetativum convertere debet alimentum in propriam substantiam. sed eiusmodi conversio nequit contingere absque passione qualitatum disponentium ad formam introducendam in materia alimenti; ergo forma ipsius patientis. ergo omne vegetativum est passibile. Ad explicando antecedens, quod tantum ostendat omne vegetativum esse passivum aliquarum qualitatum, substantiæ augmenti, verum alteratis, et admittendum est. utrumque enim passionis genus absque passionis intrinsecæ corruptionis, in corruptibili contingere potest. si vero ostendat omne vegetativum esse passivum corruptionis, principium petit, et negandum est de vegetativo, et sic quamvis omnia vegetativa, quæ de facto ss, pati possint corruptionem quia ab intrinseco corruptibilia ss: unde negamus consequentiam, ad cuius probationem illius negat quod incorruptibilia sint impassibilia, omnia enim valida, ...

angelus patiuntur actus intrinsecus et voluntatis, habitus et actus, nec tamen sunt corruptibiles ab intrinseco; solum quia respicit possibilitatem corrumpendi res sunt intrinsece incorruptibiles ex quo patet ad reliqua.

Obiicies 2°. Vegetativum dictum haberet dispositiones contrarias dispositionibus alimenti; ergo esset corruptibile ab intrinseco. probo consequentiam; quia omne illud est ab intrinseco corruptibile, quod contrarium habet, quoniam omne contrarium ex suo genere est corruptibile a proprio contrario. Cui accedit, quod agens agendo repatitur a suo contrario ergo vegetativum illud pateretur ab alimento dum in illud ageret, ut converteret in se. Respondeo negando consequentiam. ad probationem nego illam esse veram absolute, et absque ulla limitatione, posset namque contingere, ut illud vegetativum haberet dispositiones contrarias alimenti dispositionibus, harum tamen esset incapax, atque adeo corrumpi non posset ab alimento, quia posset alimentum corrumpere, neque ab illo pati, quia in illud posset agere. ad hoc. non. ut ab intrinseco esset corruptibile, oportebat ut haberet intrinsecum impedimentum ex natura rei petitum, quod ingressum prohiberet corruptivae qualitati.

Neque satis est, quod contrarium ex suo genere corruptibile sit a suo contrario, ut dicatur dictum vegetativum esse corruptibile; nam ad hoc oportet, quod contrarium non solum ex suo genere, sed etiam in vegetativo ipso corruptibile sit; si enim ibi non est corruptibile, vegetativum non erit corruptibile. Ad illud, quod addit, dico axioma verum habere naturaliter, et eo pacto quo a nobis expositum est 1° de generatione non supernaturaliter, secundum quam hypothesin nostra procedit &c.

Replicas si vegetativum illud non posset corrumpi ab alimento, neque etiam alimentum posset corrumpi a vegetativo, atque ideo non poterit vegetari, neque esse vegetativum; ergo implicat vegetativum ab intrinseco incorruptibile. antecedens probatur, quia sicut dispositiones alimenti non possunt destruere dispositiones vegetativi, quia sunt contrariae, ita neque dispositiones vegetativi poterunt corrumpere dispositiones alimenti, ut sint contrariae. Respondeo negando antecedens; nam possibile est (aut dic implicantiam) quod alimentum capax sit dispositionis ad formam illius vegetativi; vegetativum autem incapax sit dispositionis alimenti, sive quia internam habeat qualitatem quae impediat ingressum, sive quia forma careat ad alimenti dispositiones recipiendas a quibus proprie corrumpi deberent; hoc autem posito recte infertur, quod alimentum corrumpi possit a vegetativo,

tn̄ hoc non aliment. q̄ alimentū pati posset qualitates corruptivas immissas a vegetativo, nō vero vegetativū.

Dices futurū illud vegetativū incorruptibile per accens, sicut beatorū corpora sunt impassibilia per accens dote illa nobilissima; quod autem est per accens incorruptibile, nō debet dici tale ab intrīco. Contra, q̄ illud nō est ab intrīco incorruptibile, quod nō est incorruptibile per se. sed nostrū illud vegetativū nō eēt incorruptibile per se; ergo nō eēt ab intrīco tale. minor ostenditur; q̄a eēt incorruptibile per quandā accens, seu qualitatē additā; quod autē est per accens, abeē potest et rationē, neque rei convenit per se.

Ex neg. secundo futurū eē incorruptibile per accens, tum q̄ posset constare nā incapaci dispositionū alimenti, aut aliarū corruptibilium, et hinc per suā essentiā haberet impedimentū corruptionis, quæ nō contingit per divini concursus conservativi suspensionē, nō minus quā Angelus. deinde, q̄a ea incorruptibilitas sit nō contingeret per nā ipsius impurā, sed per qualitatē superadditā, quæ impediret corruptionē adhuc eēt incorruptibile per se; q̄a illud accens per se conveniret tali vegetativo, tanquā innata, et congenita proprietas nō secus, atque nobis conveniunt dispositiones corruptibiles. sicut ergo nos quilibet dicimur corruptibiles per se, q̄a dispositiones corruptibiles conveniunt illi per se, ita vegetativū potest dici incorruptibile per se; q̄a illa qualitas impediens conveniret illi per se tanquā quid innatū, proprieque illius nā debitū; quod nō habet impassibilitas corporū beatorū, quibus ex privilegio, et dono concessa est, nō ex indigentia nā illorū, et connaturali debito [illegible]

Ad confirmationē concedo maiorem et nego minorem, ad probationem nego, quod eēt incorruptibile per accens, ut opponitur per se; omitto tn̄, quod eēt incorruptibile per quandā accens, inde tamen nō infertur, quod nō sit incorruptibile ab intrīco, et per se, q̄a hoc etiā potest ab accidente aliquo per se petito, et pari modo congenito provenire: sed neque infertur, quod incorruptibilitas possit absolute abeē, et adeē, sicut [illegible] infertur quod possit abeē a nobis, et adeē corruptibilitas; quæ hoc radi-

cet, et oriat ab accib corruptioi iouy, quib afficimur tanquã dispositionibus, quib; affici possumus: quo autẽ pacto intelligẽa sit illa definitio acciᵹ. qđ potẽ abeẽ, et adẽe subtõ, satè in logica explicatuz ẽ.

Obiᵉ. 3. Saltẽ repugnabit sensibile ab intrico incorruptibile; nã sensibile qđuis debet in se receptaz operatiõez corporeaz sensuũ tactus, gustus, etc; ẽg qđuis sensibile ẽ corruptibile: pbo cõq; qđ se illud ẽ corruptibile, qđ eiusmi operationibus gustus et tactus immutat; sunt n. eiusmi sensatiões corruptivae rei, in qua recipiunt, seu dispositivae ad corruptionẽ. Rx neᵹᵈᵒ repugnare eiusmi sensibile: qᵃ in illo nulla apparet repugnᵃ; rõ ñ, quaᵉ assignat inefficax ẽ, qᵃ ñ opus eet, qđ illud sensibile operatᵉˢ, gustus, et tactus exerceret ꝑ qualitᵉˢ, quae ad corr. ... disponerent, sđ per alias, quae ad sensatᵉˢ sufficerent, ñ ad corruptionẽ, neqꝫ ad illã saucerent. qđsi de facto sensationes ad corruptionẽ disponunt, idẽ ẽ, qᵃ subtã immutant qualitatibus corruptivis sensationes comitantibus, ...

Obiᵉ 4ᵒ. ᵃ illatᵉ de hoc incorruptibili. impole ẽ, qđ aiã ralis dependeat a corpore naliter in suo ee, et cservari, aiã n. spualis eiusmodi dependᵉ oiõ respuit; ẽg impolse hõ incorruptibilis; pbo cõq, qᵃ si eet polis, illius aiã nario dependeret a corpᵉ in suo ee, et cservari, siquidẽ separari ñ posset a corpore, si n posset, hõ eet corruptibilis, cũ ad hoc satis sit, qđ aiã a corpᵉ possit separari. Rx disting aᵃñs, qđ dependeat ꝑ secundariũ influxũ, cedo; ꝑ unᵉ nego; nil n. fieret c aiã ralẽ ex eo qđ nario dependeret a subtᵒ recipiente sđ ñ secundario influente: negamus deinde cõq. ad pbᵉ negõ qđ illa aiã dependeret per secundariũ influxũ a corpore, quia ... a receptᵉ in illo; sđ neqꝫ opus eet, qđ ab hac receptᵉ dependeret, ꝑ ... separari ñ posset, id tñ ñ fieret ex dependᵃ ipsius a corpore ꝑ ... sđ ex dependᵃ unionis ab ipsa c corpore, si n. illa desinere posset, aiã, qm ẽ ex se, posset absqꝫ subtõ perseverare, et cservari; atqꝫ ideo illa dependᵃ aiae a corpore ñ eet aiae ꝑ ralis, sđ quasi per ...

roe unionis, quaq non acturit ex se, sed per accessum beret

Sect. 3.

Quid sit poa nutriens, et an a 4or primis qualitatibus distincta.

Poa nutriens est vitale princ. ex se ordinatum ad novas partes viventis comparandas interne sumpto, dispensatoque alimento; nec multum curandum quod aliter definierit Philus hoc. 2. de aia t.[te] 48. dum dixit vis est talis, ut id servat, quod ipsam (aiam) bet, ea nimirum roe, qua ipsam bet. est. n. obscura, et longa indigens explicatione, quam adhibere otiosum est, ubi nra def.[io] adest.

Ex qua constat poam nutrientem esse distinctam a quatuor 1is qualitatibus, quicquid aliud docuerint Zimara, theorem.[te] 73. et Iavellus 4. m. e. 21. quod docuit Ferr. 2. 3. gentes. c. 73. Rub. 2. de aia. tr. de pot. aie. q. 1. c. 4. Albertus Magnus ibi. tr. 2. c. 6. Viguerio. in instit. Theol. c. 3. § 2. Apollin. 2. de aia. q. 2. Tolet. ibi. q. 4. Murcia. dsp. 2. q. 1., supponuntque ii omnes, qui illam adnumerant inter poas vitales, cum n. quatuor qualit. 1ae vitales non sint, si poa nutritiva vitalis est, re et ipsa differt a quatuor primis qualitatib.; quis non desint, qui eam partem princ. vitale falsi, et absque fundamento fuisse credant appositam existimantes poam nutrientem indistinctam esse a 4. 1is qualit. Zimara. theor.[te] 73. et Iavell.

Falluntur. tn. 1o. nam ut inferius probabit, poa generativa, et nutriens sunt realiter idem; sed poa generativa est vitalis; ergo et poa nutritiva. pt coa, nam quae realiter idem sunt realiter bent oia prata coia. est ergo poa nutriens realiter distincta a quatuor primis qualit., nec frustra apponitur partem. princ. vitale. 2o, quia ex nutritione per internam sumptionem, et dispensationem alimenti colligimus illud princ. esse vitale, et vitam bere, quod sic nutritur; ergo quia princ. nutriens est aliquid vitale ultra quatuor 1as qualitates est aliqd vitale ... sola quatuor qualit. cant nutrict ca, seu va nutri., ex nutrit. so colligeret quatuor primas qualit. adesse. 3o. calor (idem) de aut-

primis qualitatib. | e instrumentum nutritive pot.; q. hec distincta e realiter a quatuor primis qualitatib., quibus tanquam vitale pri. utitur, neqß n. pote aliquid ee sui ipsius physicum instrum., ant. pr. ex Pho. 2. de g. anim. c. 4. quemadmodum, inqt, qua ab arte effiunt per instrumenta efficiuntur, sed verius dixerim per motum eorum, qui arti operatio e in alio; sic a facult.e, sive virtute aiae vegetabis agitur, ut sive in animalibus ipsis, et plantis, postea ex alim.to vis eadem efficit incrementum utendo caliditate, et frigiditate, quasi instrum.to, et ex Divo Tha. a 118. in 1a p. a. 1. ad 3m. calidum, ait, elementare se het instrumentaliter ad virtutem aiae, ut etiam ad virtutem nutritivam, ett.a Neqß contrarium e textus ... 2. de aia. t.u 50. cum dixit ee alim. nasci e concoqui posse, operat autem sconcionem calor, unde ee animatum het calorem; nam ibi so extendit calorem ee praecipuum sectionis instrumentum, quo facultas nutrix uti solet ad nutrimentum. Neqß aliter debet intellig. de sensu, et sensibili qual.e c. 3.

4o. Qa n videntur sufficient sola 1e qualit.s ad ea sia, qua ad pot. nutrientem spectant exercenda attrahere alim., dispensare, organizare, feces, et excrementa expellere, tandemqß in ma disposita fra viventem inducere.

5o. Qa quatuor 1e qualit.es ss in oib. viventib. eiusdem spei; pot. autem nutritiva ss distincta spei in viventib., q. spe differunt.

Obies. Non plus reqr. ad nutriendum aial, quam ad illud generandum, sd ad generandum aial sufficiunt 4or 1e qualit.es, g. et ad illud nutriendum eadem sufficiunt. maior pr. in animalib. imperfectis, qua ex ma putrefact. et corrupt.e gignunt, ibi n. nulla generativa facultas vitalis ade praeter 1as 4or qualit.es, quae ma disponunt, et e in bene disposita, fra viventis intromitti... qa hoc pacto fieri pote generatio, et nutrino, frustra astruit specialis alia facultas nutriens, qua vitalis sit. quamvis n. realitatum multiplicatio vitanda e quoad fieri possit, et ubi necessitas nulla cogit:

Rx scedendo mai., et neg. min. ad pb., ut ibi n ... facultas vitalis generans, ade Deus supplens defectum illius, quemadmodum

supplet defectum substantiae, quo substantia producit et sic adsunt accidentia. inde autem non licet argtari in viventibus defectum facultatis generativae, aut nutritivae, sicut neque in igne defectum virtutis ad producendum ignem alium, ex eo quod aliquando producat ignis absque igne concurrente.

Replicas. Illud, quod sufficit ultimam dispositionem inducere, sufficit inducere formam, sed primae qualitates sufficiunt ultimam dispositionem inducere in animali, ergo et sufficient viventis formam inducere in idem animal; ex tali autem inductione resultaret viventis nutritio; ergo ad sanc sufficientes sunt quatuor primae qualitates, neque fuit est aliud distinctum principium affirmare, quod sit ad nutritionem specialiter destinatum. Respondeo distinguendo maiorem, quod sufficit inducere ultimam dispositionem sufficit inducere formam se solo, et adaequate efficiendo, et substantialem unionem complete producendo, nego maiorem: sufficit inducere formam dispositive, quatenus subiectum sternit, praeparatque ad formae inductionem, concedo. Ex quo fit ad consequentiam: primae qualitates sufficiunt per inducere formam dispositive, non effective, nisi aliunde iuvent. Sic iam est de nutritione: contemplare animam talem, ad quam disponunt ultima accidentia, illam tamen non efficiunt, imo neque adaequate efficiunt corporeum illius unionem cum subiecto, quia nullum accidens se solo sufficiens est ad producendam substantiam, ut ex 2o phys.

Sect. 4.

Qua ratione potentia nutriens ab attrahente, coquente, et retinente, et expellente distinguatur.

Has omnes facultates viventi inesse Medici docent universi cum Galeno lib. 5. de locis affectis c. 7. universique Philosophi illis consentiunt nec ratione ingrata vis constitui; nam cum natura mater nata, in cunctis provida, et maxime in his quae ad viventium propagationem, et conservationem spectant, cum videret animam non posse viventis partes debere penetrare, ut eo resarcirent damna partiumque iacturam media conversione, et nutritione, nec per se animam ad loca adeo dissita, perque vias

-meo angustias sponte moveri, atque interri posset, viventi dedit facultatem, qua membra illud ad se traherent, allicerent, et invitarent; semel autem attraxisse, quod parum deest si nulla adeet vis qua retineret; nam cum alimentum viventis non dissimile sit, alterandum paulatim est, seu coquendum, ut inducta prius accidentali similitudine, post media conversione inducat substantiam; atque ideo dedit natura facultatem retinentem, et coquentem, sive ut Galenus appellat alterantem. cum autem ex alimenti coctione recrementa, et inutiles faeces relinquantur, opus erat viventi facultate expultrice, quapropter illam natura contulit.

His quatuor facultatibus tres alias Galenus addit, appetentem, 1° de cis symptomatum distribuentem, 3. eiusdem operis secernentem, 2° aphorism. comment. 13. 1a ut vivens cibum appetat, et appetentiae motum illum attrahat. 2a ut per membra corporis commoda alimenti distributio fiat; etenim ut ait Gregorius lib. 2. de natura anim. c. 4. natura perinde ac paterfamilias prudens nihil solet omittere, ex quo facere aliquid commodi possit, dispensat autem cura rei familiaris, ita ut cibum optimum det liberis, deteriorem servis, vilissimum animalibus 3a ut utile ab inutili secernat. en habemus ex Galeno septem facultates nutritivae potentiae, quasi administras comitantes, de quibus legat authores Valles lib. 2. controver. medic. Peramatus lib. de aie functionibus c. 7. Alexander lib. 1. problemat. q. 77. et Fernel. 5. physiolog. c. 4.

Videndum nunc, an facultates eiusmodi re ipsa differant a nutriente, aut inter se. an sed una sint in re, nomine, et officiis plures. si consulamus Conimbricenses duas dicent re vera distingui, attractricem et coquentem, et cum his reliquas identificari, quod ita probant: nam virtus secernens non distinguitur a distribuente, siquidem distribuens non utcumque, sed cum delectu alimentum membris remittit, atque ideo per eundem actum secernit utile ab inutili, quod distribuit. Rursus distribuens non est diversa ab attrahente, aut appetente; quoniam distributio fit, dum quodvis membrum ad se trahit alimentum competens, neque appetitus in potentia est aliud, quam vis ipsa attractiva cum

in. nomen appetitus metaphorice, eo pacto, quo mq dicimus vere appetitus ad fras n elicitus, sed innatus) quare eadq e poa distribuens, quae appetens. Similiter expurgans, et coquens n differunt, q in decoctione eadq facultas, quae decoquit, expurgat, atq separat p utiles ab inutilibus, et excrementitijs, velut aurum a fecibus. Demq attrahentq, et retinentq eamdq ee facultatq, inde dstat, q eadq facultas, quae in magnete ferrum trahit, tractum affigit, et retinet. Ex quo discursu colligunt Dimi duas tantum ee facult, quae realiter differant, attrahentq, et coquentq; quarum ultimq indistinctq ee dicunt a nutriente, q eiusdq e mq disponere, qd praestat coquens, et frq inducere, qd praestat nutriens.

Si v° consulamus Vañez. 1. p. q. 76. a. 2. dub. 1. dicet magis conformus ee vulgari locutioni dictas facult realiter inter se differre. si tn adhuc eius iudicium requirat, affirmabit videri oes illos actus eiusdq ee poe, quae varia sortitur noa pro variet functionum: et ego ita ee sentio; q oes illae functiones ab eadq poa pcedere possit, et cum ad eumdq destinent finem, quamdamq inter se subordinat servent, cõsequentius e eamdq facult oium ee effectricq; neq Dimi aliquid adducunt, quo pbent coquentq, et attrahentq realiter ee distinctas. neq adducere possit, cum harum poarum actus ab eadq entitate pcedere n magis repugnet, quam repugnat pcedere actus reliquarum ab entitate nutrientis: sed actus reliquarum pcedere possit ab eadq entitate; q et actus harum.

Sect. 5.

An poa nutritiva eiusdq spei sit in oib viventibus?

Q° cõ pcedit inter eos, qui poas nutritivas realiter distinguunt a 1is qualitatib; nam si ab ijs eent indistinctae, eiusdq rost eent in oibus viventib, siquidq in illis oib quatuor 1e qualit eiusdq spei ss. quis n mirarer aliquq invenire, qui calorq unius viventis a calore alterius distingueret in spê, et frigidit a frigidit, c'est inveniri

qui calorē viventis specie distinguerit ab elementari. quidquid tn̄ de hoc sit, nos ad quintum punctum accedamus.

Non defuere, qui dixerent potentiam nutritivam eiusdem esse speciei in omnibus viventib', quam doctī alii dixerunt esse probabilem: sed contraria com. est, et vera. illam docuit Marcia 2° de aīa. disp. 3. q. 1. et multi alij sequentes P. Rub. eodem Lib. c. 4. tt. de. potent. aīae vegetativae q. 1. n. 19. ubi ait esse evidentem.

Ro. conclusio est; quia illae potentiae specie differunt, quarum actus, seu effectus differunt specie: sed actus, et effectus potentiarum nutrientium, quae sunt in viventib' specie diversis, distinguuntur specie; ergo et potentia nutritiva distinguuntur specie: minor prob., quia actus potentiae nutritivae leonis est productio formae leonis, et productio substantialis unionis cum materia producere in productione alimenti: actus vero potentiae nutritivae equi est productio formae, et unionis equi producere in productione alimenti (sicque de reliquis): sed forma leonis, et unionis distinguitur specie a productione formae equi, et unionis illius cum subiecto; ergo actus potentiae nutritivae leonis distinguitur specie ab actu potentiae nutritivae equi.

Ad argumentum esse inefficax non minus, quam hoc: illae potentiae distinguuntur specie, quarum effectus specie distinguuntur; sed effectus potentiae intellectivae Petri, et effectus potentiae intellectivae Sortis distinguuntur specie; ergo et utriusque potentiae intellectivae distinguentur specie - minor prob., quia potentia Petri producit effectum actum scientificum; potentia intellectiva Sortis actum obscurum opinionis. causa inefficacitatis est, quia non numerat actus adequatus, sed inadequatus. cum possit intellectiva potentia Petri non solo actus sciae, sed etiam actus opinionis producere, quos potest Sortes, et e converso; atque ideo potentiae illae non sunt specie diversae. dicendum ergo erit idem ad nostrum argumentum, actus adequatus potentiae nutritivae equi non esse illum solum, quem assignabimus; sed illos omnes, quos habent reliquorum viventium nutritivae potentiae.

Contra tn̄ argr; nam potentia nutritiva equi nequit producere aīam leonis, aut illius unionem cum subiecto, neque potentia nutritiva leonis aīam equi, vel unionem illius; ergo actus adaequati illarum potentiarum distinguuntur specie, et consequenter ipsae. hoc urget ex eo quod potentia generativa aīalis et nutritiva eiusdem non distinguuntur specie, generativa n. tratur

ad integrum aial. nutritiva ad p^te aialis constante ex p^te fõre unionis, et mãe, et ex integra fõa, si talis sit, et partiali ſͦ unione, et mã: pars autem eiusmodi nõ distinguit spẽ a toto; ergo neque põa generativa, et nutritiva, c^o neque differant rõe priĩ pducentis.

Nunc ita argũr. generativa põa equi spẽ differt a generativa leonis, et bovis; ergo et nutritiva equi spẽ differt a nutritiva leonis, et bovis. ans pr, quia põa generativa equi generare nequit leonem, quem tn̄ leo generare potest; neque bovem, quem potest bos; et generativa leonis nequit generare equum; ergo põae generativae eorum spẽ differunt cum nulla queat in spẽ producere totum, quod alia potest. et cõfir, quia põa generativa animalis unius, aut plantae elaborat semen proprium illius aialis, aut plantae, neque elaborare potest semen alterius viventis in spẽ. ergo põae generativae viventium spẽ discrepantium spẽ discrepant inter se. pr̃ hac cõa, quia semina viventium spẽ dissimilium dissimilia sũ in spẽ.

Obis. Põa visiva leonis, et equi sũ eiusdem spẽi; ergo et põae nutritivae. pr̃ cõa: quia nõ est difficilius, quod viventia spẽ diversa conveniant specifice in põis visivis, quam in nutritivis. Rñ ans esse dubium, atque ideo facile posse negari, ut multi faciunt, qui docent põas visivas animalium dissidentium spẽ esse specifice diversas. Alij rñent concedendo ans, et negdo cõam: dant discrimen, quia actus, et obiecta põae visivae leonis, et equi nõ differunt, actus vero poarum nutrientium, et productum est, spẽ differunt.

Quod si illis obiicias, quod licet visiones equi, et leonis nõ differant spẽ (neque hoc vidẽ certum est) et obiecta sint eadem, adhuc tn̄ distingui per causas, quae spẽ differunt; nam põa visiva leonis a leone manat, põa visiva equi ab equo, qui quidem spẽ differunt. rñent convenire, aut effluere põas visivas a principiis illis diversis, quia diversa sũ, sed quia generice conveniunt, atque ideo nõ oriri ab equo, et leone, quia talia in spẽ animalia sũ, sed quia talia sũ, nutritivas vero põas ab illis provenire, quia talia aialia in spẽ sũ, et sm̃ me differãt; unde põae nutritivae dicunt esse perfectiores

spũ, vesiva v° pprietˢ gniˢ

Q. 2.

De alimento viventis, et mō, quo à pōa nutriente elaboratʳ.

Sect. 1.

Alimti definitio a calumnijs vendicata.

Rectè observant hic Conimbᶜ, et alibi ego tetigi duplex ee viventis alimtᵐ, alterũ pximũ; ultimũ et iã decoctũ, alterũ remotũ, et ut sic dicamus, crudũ. xᵃ hanc ultimã acceptˡ captũ alimentũ bene definiunt Cimōᵈ 1. de g. c. 5. q. 7. a. 1. q. 7. a. 1. qd per se, l per id, qd sui vice cungitur, idoneũ ad alendũ corpus pparatʳ, subituũ haurit, nec minus rectè xᵃ priorẽ definiẽ in hunc modũ, ē substa, quæ hēt immtũ transitũ in substã viventis ad cuius nutritionẽ disponitʳ. alimentũ remotũ nō hēt immtũ transitũ (ex nã rei) ad substã viventis nutriendi, sed mediatũ prius. n. panis, fructus arborũ, et cibi reliqui svertunt in sanguinẽ, quã in aial, qd nutritur; sanguis v° alimtᵐ pximũ aialis ē, qᵃ a sanguine ad aial ē immtus transitus: si v° alimtᵐ incõi velis definiri, audi Dandinũ 2° de aia smentario 53. digressᵉ. 25. ē substale id, qd in nutrientis substã mutari pote, eamqʒ restaurare, et sservare. fortè uitᵃ particula nō ē naria.

Sunt tn̄ nōnulla, quibus videmur urgenter impugnare: nã 1° ferrũ, l aurũ nō ē alimentũ, neqʒ itẽ venenũ, medicamentũ, nec elementũ; et nihilominus hæc oĩa hauriunt a viventib, et qui in illorũ substã, media alteratᵉ svertunt; qᵃ ad rõẽ alimti nō sat ē dicta sversio substæ in substã viventis. maior nōtũ pbandᵃ.

quia supponenda non; nam argentum, et aurum quis dicat animalis alimentum? Iam vero venenum tam longe abest a ratione alimenti, cuius proprium est viventem reficere, reparare, et conservare, ut potius destruat, et extinguat. medicamentum vero alimentum non esse constat ex Galeno (cui multum favet Aris. problem. 43. sect. 1.) lib. 3. de temperamentis c. 2. et 1. de alimentorum facultatib. c. 1. ubi medicamentum ab alimento distinguit, quod hoc fit viventis pars, et ad id est destinatum, ut nutriat. medicamentum vero non ad nutritionem, sed ut intemperiem corrigat, et damnum indebita qualitate illatum resarciat. Denique elementum esse nequit alimentum; nam aqua est potus, non cibus. aër intima nostra penetrat, nec tamen illo nutrimur. Ignis omnia absumit, non reficit, atque ideo alimentum esse non potest. neque potest terra cum inepta sit ob innatam crassitiem.

Videamus nunc in viventium substantiam haec omnia verti: struthio ferrum devorat, coquit, et digerit, ut constat ex Cardano lib. 10. de subtilitate, quod a fortiori efficiet in auro, cum homines calore multo exiliori praediti illud absumant, et in se convertant, ut probat experientia in potionibus auro confectis; imo audivi quemdam militem triginta monetas aureas, quas vocant Zequies devorasse, e quibus quatuor, aiunt, nativo ventriculi calore absumpsit. reliquas cum excrementis eiecit, attenuatas tamen, et multo minores, quam antea fuerant.

Pro conversione veneni scribit Aris. 8. de hist. anim. c. 29. animalia quaedam venenatis vesci cibis, cui consentit Galenus lib. 3. citato c. 3. affirmans Aegyptios, et quasdam alias gentes viperas, et serpentes devorare et transmutare in se; item Avicenna commemorat foeminam quamdam veneno fuisse nutritam; sed quod mirabilius est, filius cuiusdam Cambaiae Regis (videri potest Caelius. lib. 11. c. 13.) veneno fuit educatus qui ita adeo est effectus venenosus, ut muscae illum sugentes statim interirent. De medicamentis probatio est facilis. plura accipiunt quae vi caloris potenti prius absumuntur, quam finem, ad quem diriguntur, consequantur; quod si non semper ita contingit, saltem semper ex parte minuuntur, nam dum agunt a vivente patiuntur, et in illud saltem aliqua parte convertuntur.

Nec difficilius p.º de elem.to aquæ, et succos herbæ conducer in se ut docet Aris. c. de sensu. etta. terra Talpa, ut docet Plin. Lib. 10. natis hist. c. 72. et Lupi, ut vult Aris. Lib. 8. de hist. anim. c. 5. s. aëre Cameleon haurit, illoq. nutrit, si fama credendu ê cui patrocinat. Plinius Lib. 8. nalis hist. c. 33. igne Salamandra edem affirmant D. Bas. Galen. et Diosc. idemq. refert de quibusda pennatis bestiolis n. multo grandioribus muscis. Aris. Lib. 5. de hist. aialiu. c. 19. et Plin. Lib. 11. citatæ hist. c. 36.

Et illa oia alimenta ee, etsi n. oia rerū omniu, neq. in quacumq. quantite, atq. ideo neqda ê argti maior; na si, ut im p. bo refert (neq. m. discutienda ê historiaru veritas) oia illa in substa ppria viventia overtunt, eo ipso alimenta ss, neq. obst, qd ferru n. beat coiter alimentu, neq. venenu, aut elementu; id m. pvenit ex eo qd ea n. sint coe, et usuale alimts: qd nequaqua pbat nullo pacto ee alimts rerū eoru viventiu, quæ illis nutriunt, et in ppria substa transmutant: bene m. Conimbr. observāt, qd uni alimentu n. ê, qa illud coquere nequit, et in se overtere ee posse alteri; unde lt ferru mihi ee nequeat alimts, struthioni ee poterit. sic ignis Salamandræ, etta, quis igne hoes ali n. possint. similiter, quæ venenu his ss, aliis n. ss, ob temperamentoru diversits, ut recte Dandinus adnotavit, et citati Dimbr. imo ta exigua pote ee veneni portio, ut rerū nullius veneni sit, inservireq. possit nutrimto. (ide de ferro, et auro intellige, ne ad singula descendamus.) ex quo fieri potuit ut hoes paulatim assuefacti venenis temperie acquisiverint, cui admu illa oqruerent, nec ia rerū illoru, et in quante magna venena forent. Videant Hippocrates, et Galen. ille Lib. 2.o roe victus acutoru t.a 33. iste lib. de assuetudinib: illud aute, quo p. babat aqua n. ee alimentu, qa n. erat cibus, sd potus extra ra vagat, alimts m. latius extendr, qua cibus in nrā phrasi vulgari p. oi illo, quo alimur et nutrimur, mō cibus mō potus sit.

Impugnamur 2.o, na aliquit. hoib soli odores alim.ti ss, utq.

nutriunt, et conservant, sed odores sunt accidentia non substantia; ergo ad rationem alimenti non opus est, quod sit substantia, et consequenter illa definitio partim corruit, quae exigit, quod substantia sit. maior res obtinet relatam a Plinio Lib. 7. suae historiae naturalis c. 2. ubi quasdam gentes ait esse circa fontes Gangis, qui nullo alio cibo, potu-ve utuntur nisi pomorum halitu, et florum odoribus, quibus nutriuntur, et crescunt. Verum historiam hanc, et et plures alias, quibus Pliniana scatet, inter fabulas computant Dimbergenses et Aristoteles Pythagoricos impugnat lib. de sensu, et sensibili qualitate hos odoribus ali posse docentes, utiturque inter alia hac ratione, quia alimentum ad ventriculum tradit coquendum, odor vero non ita, sed ad caput et olfactus sensorium quaeritans. advertas non oportet aliquando sic odore exhalari minutissimas quasdam substantiae partes, quae ad ventriculum pervenientes aliquantulum nutriunt. puri vero odores substantia non sunt, nec nutritioni apti.

Petes, quale debeat esse alimentum, an simile viventi, quod illo nutritur vel potius dissimile? Aristoteles hic c. 4 tertio -5 -lib. 2 de gen. c. 5. et 8. physic. c. 7. partim simile, partimque dissimile futurum esse affirmavit, illumque communiter Philosophi sequuntur, quamquam doctrina hac ratione non alia vera existimo, ut alimentum, dum fit decoctio, simile sit accidentaliter ratione dispositionum quae a vivente inducuntur, ut in se convertat; dissimile substantialiter ratione formae alimenti quae adhuc perseverat; at Dimbergenses ita intelliguntur 1. de gen. q. 15. 5. q. 6. a. 1. ut sit accidentaliter dissimile ante decoctionem, post illam vero accidentaliter fiat simile. i. e. quod ante decoctionem partim similis sit in dispositionibus, partim dissimile; quia si omnino simile esset, non oporteret decoqui; si vero omnino dissimile, decoqui a vivente non posset. post quam explicationem pauci abiere

Sect. 2.

Multiplex alimenti decoctio.

Rem hanc non tam disputatione, quam simplici narratione, tum ex Aristotele de gen. et 2. anim. tum ex Galen. lib. 4. de usu part. c. 7. Vesalio Lib. 5 de hu-

mani corporis fabrica. Oribasio. lib. 24. c. 26. desumpta conspicimus; ut aliqua ex parte constet nutritionis apparatus, et naturae providentia, quae ad tot, tamque diversa ministeria, instrumenta viventi contulit apta, et sufficientia cum subiectione debita, et subordinatione, ne multitudo teneret confusio propter alicuius ineptitudinem, aut inobe

Solet coquus prius quam carnes in ollam mittat, eas aptare scindendo, ut sic melius inter se cohaereant, et igne coquantur, sic vivens alimentum mittit in os, ibique dentibus scindit, molis terit, atque lingua movet, et versat, quo melius comminuatur, salivaque involvit, quo melius alteretur, et ad decoctionem disponatur, ut carnes aqua, sine qua fieri non potest coctio, saltem non potest congrue. sic dispositum alimentum, nondum tamen coctum, quia in ore, ut docet Aristoteles 2. de partibus anim. c. 3. nulla coctio fit, saltem non per esophagum deorsum pellitur ad ventriculum, attrahente gula, et iuvante lingua in ijs, quae lingua pollent. nam Aristoteles tum lib. 2 de hist. anim. c. 10. tum 4. de partibus anim. c. 11. non omnia animalia linguam habere testatur, assidua sua agitatione, et motu, ne tamen interea aliquid alimenti in arteriam vocalem incidat, viamque respirationis in . epiglottide occludit, quod si casu aliquid incidit, tussim excitat, donec eijcit in congruam viam.

Postquam iam ventriculo receptum habet alimentum, arteque complexum, ignem supponit (i. applicat calorem naturalem) facultas coctrix, accurateque incumbit in illius alimenti commissi decoctionem, qua peracta relinquit ex cibo massam quandam albam, quam medici appellare solent chilon, et quia coctionis decursu faeces, et excrementa causantur, duplex orificium ventriculo natura dedit, alterum supernum, quo alimenta exciperet, alterum internum, quo secretiores, et nobiliores partes chili per venas mesaraicas ad iecur traijceret, sordes, et faeces ad intestina detruderet facultatis expultricis industria, et ope.

Si tamen curiositate motus petat quis, qua natura constet ventriculus. Respondeo constare substantia quadam membranea, atque nervosa apte contexta fibris, ita ut facile contrahi, et dilatari possit: hoc tamen discrim.

